PRO DOMINO NOSTRO REGE CATHOLICO, & inuictißimo Philippo IIII. vtriusque orbis Monarcha, Regeq; Aragonum III. huius nominis.

CIRCA

Supremam Regaliam eligendi liberè Vicecancellarium S.S.R. Consilij Aragonum; tam exterum, quam oriundum à Regnis Aragonum, Valentiæ, Maioricarum; ac Principatus Cathaloniæ.

EX REGIO DECRETO.

Per Licentiatum D. Antonium de la Cueua, & Silua; Regiæ Maiestatis in Supremo Indiarum Consilio Fiscalem. Et Doctorem Siluerium Bernardi, Regium Consiliarium, & Assessorem gerentis vices Generalis Gubernatoris Regni Valentiæ, in Prouincia vltra Sexonam.



Ex Officina Ioannis Sanchez, Anno 1625.

PRO

DOMINO NOSTRO REGE Catholico, & Inuictissimo Philippo IIII. vtriusque Orbis Monarcha, Regeq; Aragonum III. huius nominis.

1 PRÆSENTIS Causæ magnitudo suprema est, cum Rex Catholicus Inuictissimus de suo iure contendi in præsenti iudicio permittat; proferens vocem dignam Maiestate regnãtis legibus alligatum se Principem profitendo; cum reuera maius Imperium sit, legibus submittere Principatum *l. digna vox. C. de legibus.* Et Regnum Aragonum fidelissimum; ac Principatus Cathaloniæ; quo nullus fidelitate præstantior; (vtendo Regia clementia) sua iura proponant; inter se etiam ita dissidentes, vt res ad maximam deducta videatur intricationem; apparenter tantum; vt salua meliori censura existimamus.
2 Res autem, quæ controuertitur maxima est; cum de summo Coronæ Aragonũ Magistratu, & dignitate quæstio fiat: nempè, de officio Vicecancellarij S.S.R.C. omnium Regnorum Coronę Aragonum: qui magistratus, & dignitas est summum honorum fastigium, vltrà quod nihil sperare licèt homini quidem priuato, & togato; ab eo iam progressus nullus; sed qui se porrò commouerit regredi tantùm potest: qui caput est sanctioris, interiorisque Cõsilij; qui liberam administrationem habet Cancellariæ; qui morum, rerumque regimen perpetuum recepisse videtur, vt his verbis loquens de Cancellario tradit *Budeus in Pãdectas, ad legem finalem. ff. de officio præfecti prætorio*, & est Princeps in Curia, & præfectus summus Regij Prætorij; & Consiliariorum, aliorumque magistratuum; qui apud Regem munera publica in executione iustitiæ; & in expediendis negotijs, Regio nomine obtinet.
3 Cuius officij inter alia proprium est, scripta, & responsa, decretaque Regis inspicere, & malè scripta, aut expedita cancellare, lineis, veluti cancellis expungere, & illinire, ex quo Cancellarij nomen originem duxit; vt erudite prosequitur *Couarr. pract. quæst. cap. 4. num. 10. versic. Sed hæc auditoria,* vbi leges

Regias Castellæ idem comprobantes inducit, quod in Cancellario Aragonum loquens tradit *Calistus Ramirez Consiliarius Regiæ Audientiæ Aragonum in tract. de Lege Regia. §.10. num. 23. cum sequentibus*; ac de prædicta dignitate, & officio latè agit *Mieres Cathalanus, cap.3. à num. 8. cum seqq. collat. 10. Curiæ Barcinonæ D. Mariæ Reginæ, Belluga Valentinus in Specul. Princip. rubr.6. num. 6. Marinus Freccia de subfeudis lib.1. §. optimum, & vltimum officium, fol. 50. cum seqq. Lancellotus Conradus in templo iudic. lib.1. cap.1. de Imperatore. §.4. verbo, Cancellarij magni officium. Isidorus Mosconius de Maiestate Ecclesiæ Militantis, 1. par. cap.6. Lelius Zechius de Repub. Ecclesiast. cap 4. Marchesan. de commissio. 1. par. cap.4. num.4. cum seqq. Parlador. quotidian.*
4 *different. different. 10.* Et dicta de Cancellario aptantur omnino Vicecancellario S.S.R.C. quia Cancellarij nomen abolitum est, vt exemplo est Cancellaria Papæ, in qua ipse solus manet Cancellarius; & ex Cardinalibus elicitur, qui vices suas gerat, omniumque virtutum sceptrum teneat: & Papam repræsentans Vicecancellarius appellatur *in procemio sexti Decretalium*, cuius dignitas post Papam prima est; quia regularum ipsius, & minister, & custos dicitur, vt tradit late prosequens *Nicolaus Grauatius in addition. ad vestrum in sua praxi, lib.1. cap.4. num. 11. Marchesanus de commissio. part.1. cap.4. num.4. cum sequentibus*, reprobatis alijs rationibus, quas tradit *Cardinalis in Clementina ne Romani. §. eo tamen, num.4. de elect. Mosconius sup. Lancellotus, num.*
5 *5. Freccia, num.4. in locis superius citatis.* Et idem in Regno Aragonum fieri, vt Cancellarij officium non prouideatur, sed tãtùm Vicecancellarij, vt fit Romæ per Papam; tradit *Bardaxi ad foros Aragonum, tit. de offic. Cancellarij, & Vicecancellarij D. Regis, num.3. fol. 74. Ramirez dict. §.10. num. 25.*

6 Iudices autem, qui tam arduæ causæ decisioni perspicuè, & diligenter incumbunt, sunt integerrimi, supremique Senatores, de quibus iustissime credidit Princeps, quod cum ob singularem industriam explorata fide, ac grauitate, ad tantæ rei magnitudinem adhibeantur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, & luce dignitatis suæ, quam ipse; tanquam iustitiæ fons iudicaturus foret. Vt in simili dicitur *in l.1. in fin. ff. de officio præfect. prætorio*, & tantæ causæ pondus, tanti ponderis Senatoribus, in vtriusque Iuris prudentia perfectissimis, secure commissa est; qui absque dubio stateram gerentes in manibus, lances apendent, æquo libramine,

mine,*vt ait text.in cap.1.de sententia & re iud.lib.6.*

7 Ad rem igitur accedendo, facti species talis est. Vacante prædicto officio Viceecancellarij S.S.R.C.Aragonum,per obitum illustrisimi D.D.Petri de Guzman; sacra Catholica Regia Maiestas illud contulit,illustrisimo domino Garciæ Perez de Araciel; qui ante expeditum priuilegium dicti officij, diem clausit extremum: ac domina D.Antonia de Peñarrieta eius vxor, & vidua; supplicauit sibi tradi prædictum priuilegium,& in Regia Cancellaria Aragonum expediri; cuius supplicationi se opposuit in Sacro Supremo Regio Consilio Aragonum,cum sufficienti mandato Ioannes Paulus Guerau & Monfalco, negotiorum gestor, & Procurator generalitatis Principatus Cathaloniæ, die 18. Nouẽbris,anni 1624.petijtque mandari Protonotario,ne prædictum priuilegiũ permitteret expediri,nec in regestris inseri, nec sigillo muniri;sed apud se retineret,cãcellaretque,& annullaret; quæ supplicatio iuxta styllum ordinis iudiciarij S.S.C. fuit per nobilem & magnificum Doctorem D.Saluatorem Fontanet,vt antiquiorem ex Regentibus Regiæ Cancellariæ, die 14.Decembris dict.anni 1624.commissa Magnifico Michaeli Martinez del Villar,Iuris vtriusque Doctori; nuper vita functo; eò tunc Regenti Cancellariam,qui audiret, colligeret, & referret,& super inter medijs,& alijs debitè prouideret; qui visa supplicatione, in eius calce iuxta styllum descripsit prouisionem, sequentis tenoris. *Recepta dicta die, concessa copia, intimetur Procuratori patrimoniali Fisci, & parti. Villar Regens.* Succesiue autem,dicta die 14.Decembris,Melchior Ludouicus Palacios Portarius dicti Supremi Consilij, iniunxit, & intimauit supplicationem, commissionem, & prouisionem prædictam, dominæ D.Antoniæ de Peñarrieta;& die 16.eiusdem mensis,Francisco Baster Fisci,& Patrimonij Regij Procuratori. Et die 19.dicti mensis, Licenciato Aluaro Perez de Araciel,Abbati Villæ de Alfaro,tanquam hæredi,& executori testamenti dicti domini Garsiæ Perez de Araciel Viceecãcellarij ipsius fratris.Et pro generalitate Cathaloniæ,prædictus Guerau,obtulit quendam simplicem libellum, seu memoriale lingua materna Castellana scriptum;typisque excusum,incipiens. Señor, los Diputados del general de Cataluña, &c. in quo asseruit,quod quotiescũque officium Cancellarij, seu Vicecancellarij vacare contigerit, S. C.& R.Maiestas illud conferre tenetur,nato in Regnis Aragonum,Valentiæ,& Maioricarum,&

Principatu Cathaloniæ,non extero,& alienigenę *iuxta constitutionem 4.Cathaloniæ,sub titul.de offici de Canceller,Vicecanceller, y Regent la Cancelleria*, ædita in Curijs Barcinonæ, per D.Reginam Mariam,consortem & Locumtenentem generalem Alphōsi IIII.in Cathalonia,& V.in Aragonia,anno 1422.cuius seriem vtraque lingua,tam Cathalana,quam Castellana, cum eodem libello,seu memoriali porrexit.

8 Succesfsiuè autem die 24.prædicti mensis Decembris, Deputati generalitatis Regni Aragonū,obtulerunt etiā dicto S.S.R.C. Regentibus, libellum, seu memoriale, in quo addendo supplicatis circa electionem personæ ad officium Vicecancellarij, deducunt:quod prædicta electio in casu vacationis, fieri debet in personam natam, & domiciliatam in dicto Regno Aragonum, priuatiuè ad alia Regna & Principatum Cathaloniæ; etiam si sint Coronæ Aragonum, inserto in prædicto memoriali, *foro ædito per inclytum Regem Ioannem huius nominis II. in Curijs celebratis Aragonensibus, anno 1461. in ciuitate Calataiubij, sub titul. de officio Cancellarij, & Vicecancellarij, & alio etiam ædito per sereníssimum Philippum, tunc Principem Hispaniarum,in Curijs celebratis in villa Montisoni,anno 1553. sub tit. de creacion de notarios,fol.192.inserto etiam actu Curiæ domini Regis Philippi,huius nominis primi in Aragonia,secundi verò Castellæ,cōdito Montisoni,anno 1585.qui est in noua impressione actorū Curiæ,fol.89.sub tit.habilitacion de Vicecanceller.*

Quibus in facto suppositis,huius litis controuersia ad duo reducitur dubia.

9 Primum,vtrum sacra Catholica Regia Maiestas,posfsit libere in Vicecancellarium eligere, tam exterum, quam oriundum à prædictis Regnis Aragonum,Valentiæ,Maioricarum, ac Principatus Cathaloniæ, an vero seruata prædicta constitutione 4. & quibuscunque constitutionibus,vsaticis,capitulis Curiarum, & alijs iuribus municipalibus Principatus Cathaloniæ,debeat eligere personam ortam in prædictis Regnis,& Principatu.

10 Secundum, vtrum seruatis foris Aragonum teneatur eligere oriundum à dicto Regno Aragonum, priuatiuè ad alia Regna,& dictum Principatum eiusdem Coronæ, an vero posfsit exterum eligere.

Primum

Primum dubium.

PRO huius dubij resolutione supponimus.
11 Primò, quòd Princeps Cathaloniæ, est Comes Barcinonæ, quia prædictus Principatus, & Comitatus sunt vniti, & vnam, & eandem Prouinciam, ac territorium constituunt, *vt tradit Mieres Cathalanus cap 5.num.13.& 14 collat.7.in Curijs Dertusæ dominæ Reginæ Eleonoris*. Et prædictus Princeps
12 simulque Comes in dicto Principatu, est supremus; nullum recognoscens superiorem in temporalibus, & ius imperatoris obtinens. *vt affirmat Mieres in apparatu super constitutiones Cathaloniæ, 2.part. cap.30.à num.42. vsque ad num.46. collat.9. in Curia Barcinonæ Ferdinandi Regis, pag.307. in noua æditione. Iacobus Calicius practicus, etiam Cathalanus, in extrauagatorio Curiarum, cap.7.nu.36.in fin.& 37.in princ.*

13 Secundò, ius creandi Magistratus esse de Regalijs, & sic omnino ad Principem pertinere, *cap.1. quæ sint Regalia. in vsibus feudorum, verbo, potestas, vbi subdit Isernia, quòd Rex caput est Reipublicæ, & ab eo pendet omnis potestas, & iurisdictio: & vt ait Bald.in cap.1.quis dicatur, Dux, vel Marchio, num.1.in fine, est fons dignitatum, & iurisdictionum: ac ipse Bald.in cap.1.de allodijs, num.2.profert, quòd ab eo tanquã à fonte fluit, & refluit iurisdictio, sicut flumina fluunt à mari. Et vt ait ipse Bald. in cap. ad hoc, num.2.de pace iuram. firmanda; omnis iurisdictio est Imperatoris; nam ipse est qui iurisdictionem tribuit, magistratus creando, vel confirmando, vel præstando auctoritatem creandi, vel confirmandi: vt in §.iudices, eodem titul.* Itaque etiam minima iurisdictio non potest conferri, nisi authoritate Principis mediatè, vel immediatè. *Innocent.in cap.cum ab ecclesiarum, num.3.de officio ordinarij: vbi Bald num.15. quia lege Regia huiusmodi potestas à Republica in Principem translata est. l.1.ff.de constitutionibus Principum. l.1.in principio, C.de veter. iur. enucleand. autbent.de defensoribus ciuitat. §.interim; quod plene probat & exornat Modernus Siculus, D.Garsia Mastrillo in tractat.de magistratibus, lib.1.cap.1.per totum.& in Principe Cathaloniæ, id probat Mieres, cap.3.num.38.& 39.collatione 4.in 2. Curia Barcinonæ Regis Iacobi II. in cap.7.num.6.collat.4.in Curia 3.Barcinonæ, eiusdem Regis Iacobi II.*

14 Tertiò, quòd Princeps in prædicta creatione Magistratuum libe-

liberam habet potestatem; vt tam exteros, quam ciues, siue Prouinciales, possit præficere, *l.2. C. de crim. sacrilegij, c. si quis suadente. §. committunt, 17. quæst. 4.* quibus probatur, instar sacrilegij esse aliquid opponere personæ, quam Princeps ex certa scientia, tanquam idoneam ad officium administrandum approbauit; & iure canonico monentur Principes; vt in electione personarum ad officia gerenda eos acceptos habeât, quos magis idoneos putauerint. Vndecunque originem duxerint, *cap. cum deputati, de iudicijs, cap. ad decorem, de institutio. & specialius idem probatur in l. vnica. C. qui pro sua iurisdictione*, quæ disponit iudicem ordinarium, non posse committere vices suas, nisi in causis ad iurisdictionem suam pertinentibus, Delegatum autem Principis, posse eas committere cui vellit, nulla personarum causarumve habita differentia; ea ratione, quia vt delegatus Principis ipsum repræsentat, *cap. sanè, de officio delegati.* Vndè sicut Princeps potest liberè committere vices suas; ita & eius delegatus, *vt tradit Bolognetus in l. 1. num. 137. ff. de officio eius. Menoch. de arbitrar. quæst. 54. num. 20. ad finem. eleganter Bald. consil. 327. numer. 10. versic. Item omnes Reges, lib. 1. vbi asserit, omnes Reges mundi hoc iure vti, quod ad libitum, in Prouincijs sibi subditis ponant Duces, & administratores, & ad libitum illos mutent.*

15 Quartò, non solùm non astringitur Princeps eligere Magistratus à Prouincijs, vel Ciuitatibus oriundos; imò iure communi constanter stabilitum est, Prouinciales seu Ciues, ad Magistratus Prouinciæ, vel Ciuitatis, ex qua oriundi sunt, eligendos nõ esse, *l. si eadem. ff. de officio assessorum, l. 3. C. de diuersis officijs, & apparitor. libr. 12. l. in Consiliarijs. C. de assessor. & domest.* Adeò vt sacrilegij reus putetur, qui in propria Ciuitate, vel Prouincia Magistratum ambierit, *l. final. C. de crimin sacrilegij*, his verbis: *Ne quis sine sacrilegij crimine desiderandum intelligat, gerendæ, ac suscipiendæ administrationis officium, intra eam Prouinciam, in qua Prouincialis, & Ciuis habetur, nisi hoc cuiquam vltronea liberalitate per diuinos affatus Imperator indulgeat.* Cuius legis decisionem ad linguam, & Regnum Castellanum transtulit, *l. 11. titul. 18. part. 1.* quod in Præside probat *dict. l. si eadem, de officio assessor. & in Proconsule, l. obseruare. ff. de officio Proconsulis*, & pluribus legibus, & auctoritatibus prædicta comprobat *Modernus Sicalus supra citatus, lib. 2. cap. 7.*

Ex quibus indubitanter constat, fundatam esse intentionem

Regiæ

Regiæ Maiestatis; quod libere posit eligere in Vicecancellariũ, S.S.R.C. Regnorum Coronæ Aragonum; tàm exterum à prædictis Regnis, quàm ab ipsis oriundum.

16 Deputati autem Principatus Cathaloniæ contra prædictas iuris regulas vnico fundamento nituntur, nempè, *dict. constitut. 4. sub titul. de officio Cancellarij, & Vicecancellarij*, sequentis tenoris.

Maria consorte, y lochtinent general de Alfons IIII. en la Cort de Barcelona, añy 1422. cap. 1.

PRimerament, a suplicacio, e, de assentimẽt, e, aprobacio de la present Cort, ordenam, e, statuim perpetualment; que quant los officis de Canceller, e, Vicecanceller vacaran per mort, remocio, o renũciacio, o, en altra manera; lo dit señor Rey, e, successors seus, dins dos mesos contadors del dia de la mort, renunciacio, o remocio, ajan, e, sien tenguts prouehir dels dits officis, ço es, del Canceller, a alguna notable persona Ecclesiastica, graduada en dret Canonich, o, Ciuil, e, del offici de Vicecanceller, a altra persona seglar, Doctor, o, Iuriste solemnes, experts en los Furs, Constitucions, e, altres lleys dels Regnes, e terres del dit señor Rey; nadius naturals, e, domiciliats, realmẽt, y defet, ab veritat, e sens dispensacio, dels Regnes de Arago, o, de Valencia, o, del Principat de Cathalunya, o, del Regne de Mallorcas, e no en altres.

Maria consors, & Locumtenens generalis Alfonsi IIII. in Curia Barcinonæ, anno 1422. cap. 1.

IN Primis, ad supplicationem, ac de assensu, & approbatione præsentis Curiæ, ordinamus, & statuimus perpetuo: quod quando officia Cancellarij, & Vicecancellarij vacauerint, per mortem, remotionem, & renuntiationem, aut aliàs; dictus dominus Rex, & eius successores. intra duos menses, computandos à die mortis, renuntiationis, aut remotionis habeant, & teneantur prouidere de dictis

ctis officijs; hoc est, Cancellarij, alicui notabili personæ laureatæ in iure Canonico, aut Ciuili, & officij Vicecancellarij; alteri personæ sæculari Doctori, aut Iurisperito solennibus, expertis in Foris, Constitutionibus; & alijs legibus Regnorum, & terrarum dicti domini Regis: natis, naturalibus, & domiciliatis, realiter, & de facto, verè, & absque dispensatione, Regnorum, Aragoniæ, aut Valentiæ, aut Principatus Cathaloniæ, aut Regni Maioricarum, & non in alijs.

17 Ad natiuam, ac veram huius cōstitutionis interpretationem supponimus. Primò, quòd licèt Rex Aragonum, sit etiam Rex Valentiæ, ac Princeps Cathaloniæ, simulque Comes Barcinonæ, triplicem tamen personam gerit nō aliter, ac si prædicta Regna, Principatus, & Comitatus, diuersis Regibus, & Principi subdita forent; non enim vnita sunt, vt alterum, alterius legibus, & iuribus vtatur; sed quodlibet proprijs, & omninò distinctis, & separatis: vndè distincta sunt Regna, & diuersus consideratur eorum Princeps, *iuxta Bartol. in l. si conuenerit. § si nuda, num. 3. ff. de pignorat. actione. l. si quando duciano. C. de appellation. Decius consil. 486. num. 9. Franciscus de Claperijs in centuria causarum Curiæ, causa 1. quæst. 1. num. 13. cum seqq.* Et in terminis loquens in domino nostro Rege Aragonum, Valentiæ, Principeq; Cathaloniæ, tradit *Belluga Valentinus in Spec. Princip. rubr. 11. de propositione grauamin. § iam supra, num. 2. versic. Et quamuis. Ludouicus Peguera Cathalanus, decis. 66. sub numer. 10. part. 1.* Sicut & Rex Castellæ, & Portugaliæ eandem personarum distinctionem constituit. *Gabriel Pereira decis. Portugal. 2. num. 2.* nam vt ait *Bald. in cap. 1. §. ad hæc, de pace iuram. firmand. sæpè est vnus, vel vt duo; quia habet in se imaginem, seu idolum, quo repræsentat aliū, l. tutorem. ff. de his, quibus vt indignis, l. si fundum sub conditione. §. 1. ff. de legat. 1.* ibi: *Quia seruus communis in hac causa, quasi duo serui sunt.* Quod pluribus exornat *Vincent. de Franch. decis. 138. Fabius de Ana consil. 122. num. 16. lib. 1. Ludouicus Saca resp. 2. num. 12. Nicolaus Euerardus in centum locis legalibus loco de tanquam, seu correspectiuis. Martha de iurisdictione. 4. part. Centuriæ 1. casu 24. numer. 23. cum sequenti.* Agens de Rege simulque magno Magistro alicuius ordinis, de quo etiam loquutus est *Pereira sup. num. 2.*

18 Secundò, hinc prouenit, quod vbicunque Regia Maiestas, Curias celebrat Aragonensibus, omnia distinctè gerit, vt eorum

Rex

Rex in Regno Aragoniæ;& interſunt Regnicolæ in quatuor brachia diſtincti. Primum, Eccleſiaſticum. Secundum, Nobilium. Tertium, Infançonum, & aliorũ quos vocant hijoſdalgo. Quartum vero & vltimum, ciuitatum, & villarum, nomine plebis: ita *Caliſtus Ramirez, Regius Conſiliarius Aragonenſis*, in tract. de lege Regia, §. *19. numer. 2. Belluga Ciuis Valentinus in ſpecul. Princip. rubr. 6. num. 18.* & leges conditæ in dictis Curijs Regni Aragonum, vulgo, fori nuncupantur: *idem Ramirez, dict. §. 19. num. 6.*

19 Et vbi tanquam Rex Valentiæ Valentinis Curias celebrat; interſunt eiſdem tria brachia. Primum, Eccleſiaſticũ. Secundũ, Militare. Tertiũ & vltimũ, Ciuitatũ, & villarũ; quod Regale dicitur, quibus conuocatis; & vnoquoq; eorũ in locis, & aulis diſtinctis aſsiſtente, Curiæ celebrantur, domino Rege Præſidente; idẽ Belluga *in dict. rubric. 6. num. 18. & 19.* & leges conditæ ibidẽ fororum nomine funguntur.

20 Quoad Cathalanos autem rem ab origine repetẽdo, aduertimus quod generalitas. (quæ præſentem cauſam agit) Et ab antiquis temporibus, à primo nempe Comite Barcinonæ, qui Barà nuncupatur, vſque ad decimumtertium, Raimundum Berengarium, vocatum antiquum ob eius miram prudentiam; legibus Gothicis Principatus regebatur; quo tempore per iam dictum Raimũdum Berengarium, qui in Comitatu ſucceſsit, anno 1035. & obijt anno 1076. cum aſsiſtentia dominæ Comitiſſæ Almodis, eius prudentiſsimæ conſortis, experimento cognoſcentes, quod leges prædictæ Gothicæ, quibus vtebantur, in pluribus deficiebant, ita vt iuſtitia congrue, & ſufficienter adminiſtrari non poſſet, conuocatis Prælatis Eccleſiaſticis, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Ciuibus, & hominibus ciuitatum, & villarum, leges nouæ conditæ fuerunt, quæ vſatici dicuntur: *vt in conſtitutione 2. titul. 6. de proœmijs, lib. 10. conſtitution. Cathaloniæ ſuperfluarum,* & ſunt iura ſcripta, *Mieres in cap. 2. collat. 8. num. 17. fol. 161. nouæ impreſsionis:* & efficiunt ius ſtatutariũ, non cõmune, *Marquiles practicus Cathalanus, in vſatico, Magnates, fol. 91. colum. 3.* Deinde vero per Reges ſucceſſores dicti domini Comitis Reimundi Berengarij, conuocatæ fuerunt hucuſque Curiæ Cathaloniæ; quibus interſunt tria brachia. Primum, Eccleſiaſticum. Secundum, Nobilium, & Militum. Tertium & vltimum, Ciuitatum, & villarum, quod Regale dicitur:

vt

vt refert Jacobus Calicius in extrauagator. Curiarum, cap. 2. nu. 1. vers. Tertio modo, Mieres cap. 26. numer. 2. collat. 2. in Curia Barcinonæ, D. Regis Petri II. Belluga in specul. Princip. dict. rubric. 6. num. 19. Hoc autem ius conuocandi, & celebrandi Curias, est de supremis Regalijs spectantibus ad dominum Regẽ, vti Comitem Barcinonæ, Principemque Cathaloniæ. *Mieres cap. 1. collat. 7. num. 1. Curiæ Dertusæ dominæ Reginæ Eleonoris*; quomodo & quando sunt conuocandæ huiusmodi Curiæ, tradit *Mieres vbi supra nu. 2. & Calicius in extrauagator. Curiarum, cap. 3. per totum*, vbi etiam qualiter in Curijs negotia tractanda, & Curiarum finem, ac conclusionem. Leges autem quæ in huiusmodi Curijs instituuntur per Regem, vt Principem Cathaloniæ, Comitem Barcinonæ, cum assensu trium brachiorũ, appellantur constitutiones; vt probatur *constitut. 2 titul. de vsaticis constitutionibus, & alijs legibus: & tradit Calicius in extrauagator. Curiarum, cap. 7. nu. 45. vers. Decimosexto.*

21 Tertio supponimus, triplicem esse Vicecancellarium specialem in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Principatu Cathaloniæ, nempè, Vicecancellariũ Regni Aragonum, & Vicecancellariũ Regni Valentiæ, ac Vicecancellariũ Principatus Cathaloniæ: quod omnino cõstat ex pluribus regestris in archiuo Regio Barcinonæ reconditis, *& ex Regia sententia, lata per Regem Joannẽ Primum in Aragonia, in lite agitata inter villam Morellæ Regni Valentiæ ex vna parte, & ipsius loca, vulgo Aldeas, ex alia, in castro villæ Montisoni, septima die mensis Septembris, anno 1389.* cui subscripsere Doctor Reimundus de França Vicecancellarius Regni Aragonum, & Doctor Dominicus Mascho Vicecancellarius Regni Valentiæ, ac Iacobus de Monellis Iurisperitus, Vicecancellarius Principatus Cathaloniæ, & vltra eorum subscriptiones constat, dictum Iacobum de Monellis extitisse Vicecancellarium Cathaloniæ, tempore prædicti domini Regis Ioannis primi, affirmante *Mieres cap. 3. num. 15 collat. 10.* dum agit de præd. constitutione 4. D. Reginæ Mariæ: & asserente dict. Iacobũ de Monellis Vicecancellariũ Cathaloniæ nõ fuisse Doctorẽ, sed Bacallaureũ, quod cõsonat subscriptioni dictæ sententiæ, in qua non Doctor, sed Iurisperitus appellatur.

22 Rursus, de Vicecancellario Regni Aragonum extat *forus 2. in foris Aragonum, titul. de officio Cancellarij, & Vicecancellarij conditus à domino Rege Aragonum, Joanne huius nominis primo,*

in

in Curijs Aragonensibus, celebratis in ciuitate Calataiubij, anno 1461. qui forus (vt ipsius tenor ostendit) de Vicecancellario Regni Aragonum tantummodo disponit.

23 Præterea, de Vicecancellario Valentiæ, meminit *priuilegiũ Regis Alfonsi, fol. 189. in institutione Regiæ Audientiæ Valentiæ stabilita, ex pragmatica Regis Ferdinandi II. anno 1506.* ac postea confirmata, & in melius reformata, *ex alia data Burgis, 30. die mensis Nouembris, anno 1507.* inserta in volumine *priuilegiorum Regni Valentiæ, cap. 35. in priuilegijs Ferdinandi II. fol. 232.*

24 De Vicecancellario Cathaloniæ condita fuit constitutio Regis Martini in Curia Barcinonæ, anno 1409. *quæ est 2. sub titul. de officio Cancellarij*, quæ præcipit Cancellarium, & Vicecancellarium, iudicare secundum vsaticos Barcinonæ, constitutiones, & capita Curiarũ Cathaloniæ; & de eodẽ Vicecancellario postea ædita fuit *dict. cõstitutio 4.* anno 1422. cuius tenor scriptus est supra.

25 Deinde *ex foro 2. Aragoniæ* euidenter apparet, plures eo tẽpore extitisse Vicecancellarios Regnorum Coronæ Aragonũ; cum in eo statuatur, coccurrente Vicecancellario Regni Aragoniæ, cum alijs Vicecancellarijs, eum cæteris esse præferendum.

26 Existentibus ergo prædictis Vicecancellarijs, D. Rex Ferdinandus Catholicus huius nominis Secundus, Rex Aragonum, *pragmatica sanctione, lata Matriti anno 1494. die vero 19. Nouembris,* erexit, & nouè instituit Sacrum Supremum R. Consilium Regnorum Coronæ Aragonum: in quo præsidere voluit Alfonsum de la Caualleria Vicecancellarium. *Cuius pragmaticæ tenor extat in libro ordination. Cancellariæ, fol. 111. cum seqq.* Postea vero inuictissimus Imperator Carolus V. *alia pragmatica, expedita in villa Bruxellæ, die 20. mẽsis Aprilis, anno 1522.* prædictam erectionem, ac nouam institutionem S.S. Regij Consilij, ac eius Vicecancellarij confirmauit; & plura addidit ad rectam ipsius Consilij, Regnorumque gubernationem spectantia. Ac iste idem Imperator Carolus V. cum esset profecturus Italiam, & Germaniam, *in villa de Palamos, anno 1543. die 4. mensis Maij, epistolam Regia subscriptione munitam, emissit* ad dominum Philippum tunc Principem ipsius primogenitum, cui omnium Regnorum regimen commisserat; in qua prædictam nouam institutionem à Ferdinando II. inuentam, & ab ipso D. Ca

rolo confirmatã, noua confirmatione muniuit, & talia ad propositũ aptissima verba subdidit. *He ordenado aqui el Consejo de Aragon, daranseos instrucciones sobre el gouierno destas Coronas, y maneras de firmar, &c.*

27 Tempore autem dictæ institutionis, & confirmationũ S. S. R. C. sub ipsius ditione, & Imperio, continebantur, non solum Regna Aragonum, Valentiæ, & Maioricarum, ac Principatus Cathaloniæ; verum & Regna Sardiniæ, Siciliæ, & Neapolis, vsque ad annum 1579. quo Regia Maiestas erexit, & instituit Cõsilium Italiæ, cui gubernationem Regnorum Neapolis, & Siciliæ commissit.

28 Prædictis suppositis, *dicta constitutio 4.* vnico responso, pluribus tamen, ac concludentibus rationibus munito elidenda erit; nẽpe, eã tantũmodo agere, de Cãcellario, & Viceeãcellario speciali Principatus Cathaloniæ; non autem de Viceeancellario S.S.R.C. Aragonum; nec ad illius officium prædictam constitutionem aptari; neque extendi posse: quod dilucide ostenditur ex sequentibus.

29 Primò, quia dicta constitutio edita fuit à præfata D. Regina Maria in Curijs Cathalanis celebratis, vt Locumtenente D. Alfonsi Regis IIII. eius consortis, Principis Cathaloniæ, Comitisque Barcinonæ: vnde consequenter dicendum est, de Cancellario, & Viceeancellario tantum speciali Cathaloniæ latam fuisse. Tùm, quia quæ gessit D. Regina, vt Locumtenens Principis Cathaloniæ, eius consortis, interuenientibus brachijs Cathalanorum, omnino tribuenda sunt personæ intellectuali, in dictis Curijs representatæ: nempè, Principi Cathaloniæ, *iuxta Bald. cons. 159. num. 5. lib. 3.* vbi eleganter dicit. *Duo concurrunt in Rege persona, & significatio; & ipsa significatio, quæ est quoddã intellectuale, semper est perseuerans enigmaticè; licet non corporaliter; nam licet Rex deficiat, quid ad rumbum? nempè, vice duarum personarum Rex fungitur; & persona Regis est organum, & instrumentum illius personæ intellectualis, & publicæ; & illa persona intellectualis, & publica, est illa, quæ principaliter fundat actus; quia magis attenditur actus, seu virtus principalis, quã virtus organica:* quod Consilium penè trãscribit *Tiraquel. de primog. q. 35. à num. 20. & prædicta verba, num. 22.* illud etiam transcripsit *Ludolphus Schrader cons. 10. num. 14. vers. Tertio hoc probatur, lib. 1.* & dicta Baldi verba, loquens de feudatario, retulit

Mari-

Marinus Freccia de subfeudis, lib. 1. vers. Alia etiam fuit quæstio, num. 22. fol. 25. Cum etiam, quia in dictis Curijs Cathalanorum non poterant legem, seu constitutionem edere Regnis Aragonum, & Valentiæ; quibus leges, seu fori, institui non possunt, nisi interessentibus dictorum Regnorum brachijs, vt supra diximus. Vnde potestatis defectui, adijcitur defectus voluntatis, vt ad ea tantum, quæ mandare potuit voluntatem dedisse videatur. *l. Lucius, §. Imperatores, ff. ad municipal. l. 1. C. de muner. & honor. non continuand. lib. 10. Bart. in statuto loquens, in l. si quis sub conditione, num. 4. ff. de conditio. inst. Paul. cons. 318. numer. 3. lib. 1. exornat Craueta cons. 106. n. 6.* Rursus, quia cōstitutiones Cathaloniæ tantum ligant intra Principatum. *l. fin. ff. de iurisdict. omnium iud.* & in specie *Mieres in proœmio, 2. part. num. 11. collat. 6. Curiæ Montisoni D. Regis Petri III. & cap. 1. num. 23. collat. 7. Curiæ Dertusæ D. Reginæ Eleonoris:* & est notissimum, ex quo patet prædictam constitutionem, de Cancellario, & Viceca̅cellario speciali Cathaloniæ, tantum disposuisse.

30 Præterea, dicta constitutio collocata est inter constitutiones Cathaloniæ, non inter foros Aragonum, vel Valentiæ; quod planè ostendit eam ad Cathaloniam pertinere; non ad Regna Aragonum, & Valentiæ. *l. 3. § idem Labeo. ff. de in rem verso*, ibi: *Si nō peculiare nomen fecit, sed quasi dominicæ rationis*, & congruo titulo subdita est inter constitutiones Cathaloniæ, vt aliàs dicitur *in l. 1. §. quibus, C. de nouo Codice faciendo*, congruæque rubricæ, ex qua sumitur validum argumentum. *l. Imperator, ff. de in diem addictione*, ex quo plura tradit *Menoch. lib. 6. præsumpt. 1.*

31 Secundò, id clarissimè patet, quia *ex constitutione 2. Regis Martini, lata anno 1409.* de qua supra nu. 24. dispositum est vt Cancellarius, & Vicecancellarius causas dirimant. Iuxta vsaticos Barcinonæ, constitutiones, & capitula Curiarum Cathaloniæ: ergo manifestè agit de Vicecancellario speciali Cathaloniæ; quia si loqueretur de Vicecancellario generali Regnorum Coronæ Aragonum, dicta constitutio præciperet causas dirimi etiam iuxta foros Aragonum, Valentiæ: ergo si prædicta constitutio Regis Martini loquitur de Vicecancellario speciali Cathaloniæ, omnino dicendum est de eodem loqui constitutionem 4. Reginæ Mariæ. *l. 3. ff. de fund. instruct.* ibi: *Talem enim in fideicōmissi causam deductum videre placuit, qualis fuerat legatus:* vbi Bart. notat, quod talia sunt subiecta, qualia prędicata demōstrat.

Glos.

Glos. in l. antiquitas, verbo, vsumfructum, C. de vsufruct. Glos in cap. inter dilectos, verbo, nequiuissent, vbi Felin. num. 12. de fide instrument. Aymon Crauetta cons. 25. num. 30.

32 Idem constat, quia post latam prædictam constitutionem 4. Cathaloniæ, editus fuit forus Aragonum, in Curijs Aragonensibus celebratis per D. Regem Ioannem II. anno 1461. quo sancitum fuit. Vt Vicecancellarius Regni Aragonum sit natus, & domiciliatus in eo Regno, & Cathalani, corā eo conquesti sunt in Parlamento eisdem celebrato in ciuitate Tarraconæ; & coram D. Rege Ferdinando, tunc Principe Siciliæ, in Parlamento villæ Ceruariæ, de in æqualitate, quæ extante præd. foro Aragonum, & dicta constitutione Cathaloniæ manifestè oriebatur, cùm iuxta eam posit constitui Vicecancellarius Cathaloniæ, qui natus, & domiciliatus esset in Regno Aragonum; ex prædict. autem foro Vicecancellarius Regni Aragonum esse nequiret natus, & domiciliatus in Principatu Cathaloniæ, & ad huiusmodi in æqualitatem vitandam, in dictis Parlamentis sancitum extitit: quod si Aragonenses intra annum prædict. forum non reuocarent, nequaquam beneficio prædictæ constitutionis gaudere posint, circa officium Vicecancellarij, & alia officia. Cumque anno transacto, & multo longiori temporis spatio, prædict. forum Aragonenses nō reuocassent, Cathalani obtinuerunt à prædicto Rege Ioanne Secundo, in Curia Cathalanis celebrata Montisoni, anno 1470. vt Aragonenses ad officia prædicta, de quibus loquitur constitutio quarta, Reginæ Mariæ; non admitterentur, quousque prædictum forum Regni Aragonum reuocarent; & de reuocatione Cathalani certiores fierent. Vt hæc omnia constat ex constitutione 10. *sub titul. quod omnes officiales in Cathalonia, & Regno Maioricarum, sint Cathalani.*

33 Quo nihil dilucidius excogitari potest ad intellectum præfatæ constitutionis 4. vt tantum intelligatur de Vicecancellario speciali Principatus Cathaloniæ; quia si vt constat editus fuit forus prædictus de Vicecancellario speciali Regni Aragonum, consequens est dictam *constitutionem 4.* de eo non disposuisse: & multo minus de Vicecancellario generali Regnorum Coronæ Aragonum.

34 Quarto & solidisimè comprobatur ex eo quod, septuaginta duobus annis post editam *constitutionem 4.* de qua est sermo; erectum, & institutum fuit S. S. R. Consilium Coronæ Aragonum,

cum

cum ipsius Vicecancellario,& Regentibus;nempe,anno 1494. ac postea confirmata eius institutio,anno 1522.& iterum anno 1543.vt diximus supra num.26.

Ex quo plures ineuitabiles rationes deducuntur.

35 Prima, quod cum dicta *constitutio 4.* edita fuerit tanto tempore ante erectionem, & institutionem S.S.R.C. & ipsius Vicecancellarij; non potest hoc officium comprehendere, nec ex vi dispositionis, cum sit diuersum officium; nec ex vi extensionis,cum supremi Vicecancellarij dignitas,honore,imperio,& iurisdictione,non solum diuersa,verum excellentior valde sit,dignitate Vicecancellarij Cathaloniæ; vnde ex eo, ad supremum Vicecancellarium,nullũ argumẽtum,nec illatio fieri potest; tũ ratione dissimilitudinis. *l.inter stipulantem, §.sacram,ff.de verborum obligatio.* & diuersitatis,*l.Papinianus exuli, ff.de minori-*
36 *bus. l.fin.ff.de calumniatoribus.* Et quia de minori,ad maius, argui non potest affirmatiuè. *l.2.& 3.ff.de seruis exportand. Bero. cons.175.nu.30. Joseph.de Rusticis, in l.cum auus, ff.de condition.*
37 *& demonstration.lib.6.cap.18.num.14.* Imo,quod fortius est, si extaret dispositio generalis de Vicecancellarijs, non comprehenderet Vicecancellarium S.S.R.Consilij;qui est culmen harum & aliarũ dignitatum. *Argumento l.eos.C.de aquæductu, lib. 12.*cum his,quæ tradit in pulchro casu *Afflictis decis.265. num. 13.*similiter ex clausula generali,quidam alij,de qua *in cap.sedes. de rescript.* non comprehenduntur Barones, vt tradit *Bald.ibi num.5.*sicut nec Duces,& Marchiones,& alij, qui dignitate Regali fulgent;nec Cardinales,& personæ sublimes. *Ancharranus cons.245.num.4.& cons.297.nu.1.* & plures referens *Ludolphus*
38 *Schrader cons.3.num.197.* Quia quæ speciali ñota digna sunt, nisi specialiter notentur,videntur quasi neglecta. *l.item apud Labeonem,§.ait Prætor,ff.de iniurijs,* cuius regulam exornat *Tuschus, tomo 5. conclus.68. nota speciali.* Quæ fortius vrgent cum
39 *constitutio 4.*sit correctoria iuris communis; ideoque extensione non adiuuanda,sed restringenda est. *l.si vero,§.de viro,ff.solut. matr. l.quod vero contra,ff.de legibus,* exornat Tuschus practicarum,*tom.3.conclus.663.incipit,extensio fit in correctorijs,*& in specie,in constitutionibus Cathaloniæ,tradit *Olibanus in §.præterea,instit.de actio.num.22.part.1.lib.3. Michael Ferrer. 3.part. obseruationum Cathaloniæ, capite,septimo, incipit, aduersus fis-*
40 *cales.* Quia sunt statuta, & si aduersentur iuri communi,

E censen-

censentur odiosa, etiam si ex causa fauorabili instituantur. Vt in terminis probat *Cancer Cathalanus, lib. 1. variarum, cap. 1. num. 23. conducit textus, in Clement. fin. de rescript.* in qua rescriptum de beneficio vacaturo, non comprehendit beneficium creatum post expeditionem rescripti, cuius decisio procedit in officijs.
41 Cum de beneficijs ad officia valeat argumẽtum, nisi rationis diuersitas illud dissoluat. *Decius in l. fin. in fine, C. de pact. Franciscus Marcus decis. 625. num. 5. & 6 part. 1. & decis. 906. num. 12. part. 2. Flaminius Paris. de resignatione, lib. 12. q. 1. num. 36.* & in specie ad intellectum dictæ *Clement. fin.* huiusmodi argumentum admittit, *Barbosa in l. diuortio, §. quod in anno, num. 17. ad fin. solut. matr.* quando dispositio est specialis de certo officio, seu beneficio, vel odiosa; vt declarat *Cardinalis in dict. Clement. fin. sub num. 3.* cuius doctrinam in officijs loquens sequutus est *Barbosa supra.* At dicta *constitutio 4.* de certo officio disposuit, nempe, de Viceecancellario Cathaloniæ, & odiosa est, vt diximus nu. 39. & 40. ergo ad Vicecãcellarium postea creatum extendi non potest.

42 Secunda, quia nomen supremi Vicecancellarij, diuersum est à Vicecancellario Cathaloniæ; hic enim appellatur Vicecancellarius Cathaloniæ; ille autem Vicecancellarius omniũ Regnorum Coronæ Aragonum; vt constat ex præd. institutione S. S. R. C. edita per dominum Regem Ferdinandum Secundum, ibi: *Queriendo entender, y cõ eficacia proueer, y ordenar nuestro Real Consejo en nuestra Corte, por la expedicion de las causas, y negocios de nuestros Reynos, y señorios, de la Corona de Aragon.* Et confirmatione Caroli V. Imperatoris, ibi: *Siguiendo el costumbre de los mayores, en assentar y ordenar las cosas de nuestro S. R. C. de los Reynos de la Corona de Aragon:* & rursus id constat ex verbis *epistolæ Imperatoris relatæ supra num. 28.*

43 Ac præterea, ex titulo ac priuilegij Vicecancellarij S. S. R. C. expediri consueto; in quo semper vocatur Vicecãcellarius Regnorum Coronæ Aragonum, connumerãdo specifice Regna Aragonum, Valentiæ, Principatum Cathaloniæ, & Regna Maioricarum, Sardiniæ, & Comitatus, Insulasque adiacentes.

44 Tertia, quod inter prædicta officia maxima est negotiorum, & causarum differentia; nam apud S. S. R. C. & eius Vicecancellarium, omnia negotia Regnorum Coronæ Aragonum tractantur; quæ ad gratiam, beneficia Principis, patrimonium Regale, &

& Regimen vniuersale dictæ Coronæ pertinent; tam militaria, quam ciuilia; exceptis causis Regni Aragonum, & Cathalanorum, ad Iustitiam pertinentibus, quæ in dict. S.S.R.C. non tractantur, nec tractari possunt, vt dictum est supra. At Vicecancellarius Cathaloniæ, de omnibus Cathalanorum causis, quæ ad Iustitiam pertinent, cognoscit, ac præsidet in aula criminali. *Iuxta constitutionem 12. titul. de electione, nomine, & examine Doctorum Audientiæ Regij C. iuramento, & homagio*, (cuius omnimoda dispositio fuit in viridi obseruantia, vsque ad conclusionem Curiarum, quæ celebratæ sunt anno 1599.) quod non cōpetit Vicecancellario S.S. R.C. etiam si adsit Barcinonæ, vt est notissimum, & obseruatum tempore Curiarum d. anni 1599. quo licet adfuit Barcinonæ D. Licenciatus Couarruuias Vicecancellarius S.S. R.C. nunquam præfuit dictæ aulæ criminali; nec aliquas causas, vel negotia ad dictam aulam pertinentia expediuit; sed omnia per Michaelem Cordelles, Regētem Cancellariam expedita sunt, vt est omnibus manifestum, & ex Regijs regestris apparet.

45 Quarta, nam cum Vicecancellarius S.S.R.C. sit Vicecancellarius omnium Regnorum Coronæ Aragonum, si ipsius qualitates subiacerent *constitutioni 4.* quæ de Vicecancellario Cathaloniæ disponit, & *foro Aragonum*, qui de Vicecancellario Regni Aragonum agit, (relato supra num. 22.) esset officiū in vna eademque persona regulariter incompatibile: quia ex foro Aragonum, Vicecancellarius debet esse natus, & domiciliatus in Regno Aragonum; & consequenter Cathalanus non potest dictum officium gerere; at si prædicta *constitutio 4.* seruanda foret, in eodem Vicecancellario supremo; is Aragonensis esse nequiret, sed tantum Cathalanus, Valentinus, aut Regni Maioricarum: vt dictum est superius num. 32. Et si iuxta foros Regni Valentiæ, leges Sardiniæ, ac Regnorum Neapolis, & Siciliæ, qualitas supremi Vicecancellarij regulanda foret, absque dubio posset eligi, tam alienigena, à prædictis Regnis, & Principatu; quam ab eis oriundus. Vnde imposibile esset, huiusmodi officium in vna, & eadem persona; inuicem enim dictæ qualitates sibi obstarent: vt dicit *text. in l. qui soluendo, cum l. inuicem, sequenti, ff. de hæred. institu. & vt ait Bald. in l. incerti, num. 8. C. de interdict.* Fatua enim esset lex quæ diceret, contraria, & incōpatibilia esse simul; cum vnius inclusio, sit alterius exclusio. Facit

cit quod de duobus officijs incompatibilibus dicitur *in l. 1. qui militare pos. lib. 12. vbi Bart. l. 1. ff. de colleg. illi, cum pluribus quos congerit, Mastrill. de magistra. lib. 2. cap. 11.* Ergo dici non potest Vicecancellarium S.S.R.C. *dict. constitutione 4.* ligari. Tùm, ratione euidentis incompatibilitatis, contrarietatis, & repugnātiæ, quæ omnino euitanda est. *l. non ad ea, ff. de conditio. & demōstratio.* cum pluribus, quæ tradit *Menoch. cons. 452. numer. 36. lib. 5.* Cum etiam, vt vitetur inæqualitas, quæ inter Aragonenses, & Cathalanos oriretur, si Cathalanus eligi posset, & non Aragonensis, aut Aragonensis, & non Cathalanus; quam tollerare noluerunt Cathalani inter Vicecancellarios speciales, vt animaduertimus supra num. 32. & est legibus inimica. *l. si id quod, in fine, ff. de rescind. vendit. l. sed & si interpellatur, §. fin. ff. de recept. arbitr. l. illud, in fin. C. de collatio. cap. cum inter. vbi Decius 6. notabili, de rescript. Craueta cons. 173. nu. 3. Cephal. cons. 73. nu. 23. lib. 5. latè Tuschus pract. tom. 3. cōclus. 304.* Rursus, & inter alia Regna Coronæ, & Regnum Aragonum, & Principatum Cathaloniæ, inæqualitas oriretur; cum iuxta forum Aragonum eligi non posset Vicecancellarius ex alijs Regnis oriundus; & ex *constitutione 4.* non nisi Cathalanus, aut oriundus à Regno Valentiæ, & Maioricarum, at seruatis aliorum Regnorum legibus, eligi posset ad eorum negotia, Vicecancellarius, tàm Aragonensis, quàm Cathalanus, ac omnino à Regnis Coronæ Aragonum exter.

47 Præterea, respectu domini Regis, credendum non est voluisse à se abdicare supremam Regaliam; qua respectu aliorum Regnorum Coronæ, (excepto Regno Aragonum, & Principatu Cathaloniæ dumtaxat, de quibus est quæstio) non dubitatur liberè posse creare Vicecancellarium, tam prorsus extraneum, quam à prædictis Regnis oriundum; & fortius cum eo tempore, quo institutum fuit S. S. R. C. vsque ad annum 1579. quo creatum fuit Italiæ Consiliū, & illius negotia, & causæ penès S.S.R. Consilium Regnorum Coronæ Aragonum, ac eius supremum Vicecancellarium residerent. Vnde credibile non est, tam supremā, ac penè inæstimabilem Regaliam, dominum Regem tractasse in creatione dict. S.S.R.C. ac eius Vicecancellarij, contra præsumptionem *l. cum de indebito, ff. de probatio.* cum adductis per *Menoch. lib. 3. præsumpt. 81.*

48 Quinta, quia ipsa erectione, & prædictis rationibus omnino

dicen-

dicendum est;hoc esse vnicum officium nouæ conflatum ex iurisdictione, & imperio circa omnia negotia Coronæ Aragonũ, quæ in Curia, vel domo Regia, extra Regna prædictæ Coronæ tractari possunt: vt aliàs dixit Iustinianus *in auth.de Præside Pisidiæ,collatio.10.* vbi cum ex duobus Magistratibus altero ciuili, alteroque militari, vnicam dignitatem Præsidis Pisidiæ constituisset,subdit hæc verba. *Ideoque sancimus, ne amplius excellentia tua Pisidiæ gentis Magistratus pro diuisis habeat: sed vt vnum in ea sit spectabilis Prætoris officium;quod idem,& militare,& ciuile existat;quod similiter,& publicarum, ciuiliumque rerum curã gerat,& militibus præeat, vt mutuo auxilio, & iurisdictio ex armis vires colligat, & cohors armata condecoretur lege.* Et simile Prætoris officium ex duobus Magistratibus contemperatũ, creauit Iustinianus *in authent.de Prætore Lycaoniæ,dict.collatio.10.* vbi subdit hæc verba. *Quoniam igitur propositum nobis est, etiam his vtramque administrationem in vnam contrahere.* Et rursus ibi: *Hæc nos permouerunt,vnumquoque Magistratum,quemadmodum apud Pisidias fecimus,coadunatum redderemus; & nos proposito nomine Prætoris ei appallationem inderemus.* Et iterum ibi: *Scire igitur opportet excellentiam tuam, quòd vnus, ac simplex sit Magistratus;non duplex futurus sit.* Ac ipse Iustinianus *in authent.de Prætore Traciæ,*ibi:*Vtrumque officium in vnum contrahere. Et in authent.de Proconsule Capadociæ,* ibi: *Et triplici forma conflatum habebit Magistratum; siquidem,& ciuilis Magistratus erit,& militaris; neque non Tamiacis quoque rebus præsidebit.*

49 Sexta,ex prædictis oritur,videlicet, officium supremi Vicecancellarij,non esse officium Vicecancellarij Cathaloniæ in S.S. R.Consilium translatum; nec ipsius loco subrrogatum; cum prorsus diuersum sit erectione,& tẽpore,dignitate, iurisdictione,imperio,& qualitate causarum,& negotiorum, ac tribunali cui præest: & præterea,post ipsius nouam institutionẽ, in viridi obseruantia permanserit officium Vicecancellarij Cathaloniæ; ac de eo plurimæ constitutiones editæ sunt, quas infra aptiori loco referimus.

50 Septima ratio,quia quamuis aduersus ius, & verum factum fateremur,officium supremi Vicecancellarij, ex specialibus officijs Vicecancellarij Cathaloniæ, ac Vicecancellarij Aragonũ, ac rursus Vicecancellarij Valentini,& aliorum Regnorum Co-

ronæ Aragonum,compoſitum eſſet; & ad vnum officium redactum ex pluribus,(quod veritati omnino repugnat) adhuc conſtitueret, vt mixtum,diuerſam omnino ſpeciem; ac diuerſum officium; ita vt nec appellari poſſet Vicecancellarius Cathaloniæ,nec Vicecancellarius Regni Aragonum, nec Vicecancellarius Regni Valentiæ, nec aliorum Regnorum Coronæ Aragonum;nec eorum foris,& conſtitutionibus, circa qualitatem iudicãdus eſſet. Tùm,ex generali regula,quod ſi ex ſimplicibus diuerſam,ſeu contrariam naturam habentibus, componitur aliquod mixtum,tertiam,ac ſeparatam ſpeciem conſtituit. *l.ſtatu libera.§.fin.ff.de ſtatu liber.l.munerum.§.mixta,ff. de muneribus, & honor.l.1.in princip.ff.de ventr.inſpiciendo. l.Imperium, verſ. Mixtum,ff.de iuriſdict.omn.iudic.l.Titiæ textores, in vltimo reſponſo.ff.de legat.1.l.2. ff.de verbor.obligatio.* proſequitur *Tiraquellus,plura congerens,poſt leges connubiales,Gloſ.5.num.69.Ludolphus Schrader conſ.3.num.176.*

51 Vnde ſub ſimplicibus mixtum non continetur. *l.quid ergo, §.ex compromiſſo, ff. de his, qui not.infam.l.1.§.is,qui nauem,ff.de exercitor.actione, l.2.ff.de verbor.obligatio.l.hoc legatum,ff.de legat.3. l.vim paſſam,§.præſcriptione,ff.ad l.Jul.de adulter.* Et in ſtatutis *Bart. in l. certi conditio.§.quoniam,num.3.ff.ſi certum petatur:* copioſe *Tiraquell.ſupra num.7.Schrader dict.conſ.3.num.177.* quæ proculdubio procedunt,quando agitur de materia exorbitanti, & odioſa: *vt in dict.l.vim paſſam, §.præſcriptione. l.ſi ita ſcriptum:* & ibi *Angel. & alij, ff.de liber. & poſth.* & innumeros referens *Tiraquell.ſupra nu.71.Schrader.d.conſ.3.nu.179.*

52 Vel quando conſtitutio non loquitur de vtroque ſimplici; vt tradit *Cumanus in l.Titiæ textores,num.3.ff.de leg.1.*& poſt alios *Jaſ. ibi num.23. & plurimos referens Lambertengus de contractibus,gloſ.2.verbo,mulierem,nu.5.Craueta conſ.942.num.15. lib.5. Surdus conſ.429.nu.25.& 26.lib.3.*

53 Vel qualitas ſimplicium inuicem eſt contraria,vel incompatibilis; vt tradit *Bolognetus in l.2. nu.54. ff.de verb.obligatio.* & probatur *in dict.l.Titiæ textores, in vltimo reſponſo.* vbi ex voluntate teſtatoris, qualitas vernarum,fuit incompatibilis, cum legato textorum; & qualitas textorum,cum legato vernarum; & ideò vernæ ſimul,& textores,in neutro legato vernarum, ſcilicet,& textorum continentur.

54 Et hæc omnia in præſenti ſpecie concurrunt, quia *dict.conſtitutio*

tutio 4. est odiosa, quia correctoria iuris communis, vt supra numer. 39. & 40. ac præterea non est eadem dispositio de quolibet simplici, sed prorsus diuersa, vel potius contraria, & incompatibilis; vt supra nu. 50. cum qualitas requisita in Vicecancellario Cathalano, repugnet in Vicecancellario Aragonensi, & èconttra; ac rursus in Vicecancellario aliorum Regnorum, vt aduertimus supra. Ergo etiã si officiũ supremi Vicecancellarij, ex alijs compositum foret; non esset iudicandum constitutione Cathaloniæ, sicut nec foro Aragonũ. Et addimus, quod qualitas permissiua, nempè, quæ militat in Vicecancellario Regni Valentiæ, & Regnorum Neapolis, Siciliæ, & Sardiniæ, est naturalis, & iuri communi consentanea; vnde ea potius debet attendi. *l. qui habent, ff. de tutel. Bolognetus dict. nu. 54. in fine:* & maximè, cum qualitas, quam desiderat *dict. constitutio 4.* & qualitas requisita *ex foro Aragonum,* sibi inuicem obstent; & consequenter altera, alterius effectum impediat; vt diximus num. 32.

55 Quod etiã cõfirmatur argumẽto à ratione cessante; nã in Vicecancellario Cathaloniæ, qualitas originis, & domicilij requiritur, ea ratione inter alias; nẽpè, vt sciat vsaticos, & cõstitutiones Cathaloniæ, quod ideo statutum est; quia causas Cathalanorũ debet definire: & licèt hæc sit ratio motiua, non finalis, cum quilibet natus in Principatu Cathaloniæ admittatur, quamuis à natiuitate ad Regnum extraneum translatus sit, & constitutiones ignoret. Hæc tamen ratio cessat in Vicecancellario S.S. R.C. Tùm, quia de causis iustitiæ in Principatu Cathaloniæ non cognoscit; & cum sit Vicecancellarius Regnorum Coronæ Aragonum, non potest esse natus, & domiciliatus in omnibus, nec tanquam talis scire foros, vsaticos, constitutiones, & leges, quibus prædicta Regna Coronæ Aragonum reguntur: ac præterea, maxima negotiorum pars ad gratiam, & regimen vniuersale, non ita strictè, foris, constitutionibus, & legibus subiacens spectat. Vnde in Vicecancellario S.S.R.C. non potest eadem ratio attendi, quæ in Vicecancellario Cathaloniæ, & vbi variatur ratio in mixto, non continetur sub simplici; vt probat latè *Cauallinus Milleloquio 254.* Quod quidem ex abundanti dicitur, quia officium supremi Vicecancellarij, non est mixtum ex simplicibus officijs aliorum, vt ex superius dictis omnino constat.

56 Octaua, quòd nullo vsatico, vel constitutione cautum extat; quod Regentes, seu Consiliarij S.S.R.C. & Thesaurarius illius,

ac alij officiales, sint Cathalani, nec Aragonenses: & consequẽter, possunt ad prædicta officia eligi exteri à prædict. Regno, & Principatu; & plures Thesaurarij S.S.R.C. electi, alienigenę extiterunt. Nempè, Ioannes de Hordea Cantaber, & Dominicus ipsius nepos ex fratre, eius Locumtenens. D. Didacus de Azeuedo Castellanus, & dominus Franciscus de Azeuedo ipsius Locumtenens. Et spectabilis D. Petrus Bobadilla Comes de Chinchon, & ipsius filius, D. Didacus Locumtenens, ac postea Thesaurarius, & eius Locumtenens, D. Ludouicus Baraona Zapata. Ac præterea Locumtenens Protonotarij, nunc existit Augustinus Iustaponte oriundus ab Insula Sardiniæ: quod non leue præstat argumentum ad hoc, quod Vicecancellarius non debeat esse Cathalanus, nec Aragonẽsis, cum sit caput prædicti S.S.R.C. & non liceat à capite membra recedere, *cap. cum licet. de præscript.*

57 Et idem argumentum sumitur ex dictis Locumtenentibus; si enim hi admissi sunt exteri, ergo eiusdem qualitatis sunt principales. *l. Parabolani, §. si quis autem, C. de Episcopis, & clericis, vbi notat Bald.* quod subrogatus debet esse eiusdem iuris, & conditionis, cuius est ille, in cuius locum subrogatur; & debet esse talis, qui à principio potuerit eligi, & hoc facere contra iudices, & assessores Iustitiarum Regni. Nam quando recedunt à Prouincia, dum reuertuntur domum, in locum suum subrogãt vnum de Aduocatis, qui sunt de eadem Prouincia, quòd non possunt; quia ille de Prouincia non poterat esse à principio: idem tenet *Lucas de Penna in l. penult. C. de agentibus, rebus; lib. 12. nu. 1.* & plures referens *Mastril. de Magistratibus lib. 2. cap. 7. nu. 77. Vincentius de Franchis decis. 98. num. 4. vbi testatur ita decisum.*

58 Nona, quia D. Rex Ferdinandus in noua erectione S.S. R.C. subdit hæc verba. *Primeramente, estatuymos, y ordenamos, que en el dicho nuestro Consejo sean las personas siguientes, Micer Alfonso de la Caualleria nuestro Vicecanciller, &c.* At prædict. D. Alfonsus de la Caualleria erat Aragonensis, qui iuxta prædictã *constitutionem 10.* non poterat esse Vicecancellarius Cathaloniæ, vt supra nu. 32. & Carolus V. Imperator dicto S.S.R. Consilio interesse voluit ipsius magnum Cancellarium, Mercurinũ de Gatinaria, qui erat Mediolanensis, & consequenter non poterat esse Cancellarius, ex *dict. constitutione 4.* si de Cancellario S.S.R. Consilij intelligeretur, sicut nec Vicecancellarius; ergo

Cancel-

Cancellario, ac Vicecancellario S.S.R.Consilij noua erectione nunquam inducta fuit, qualitas *dictæ constitutionis 4.* & in eo prædicta qualitas non requiritur;quia cæteri reuocandi sunt ad intellectum institutionis.*l.in ratione,la segunda,§.si filio, ff.ad l. falcid.* & à primordio tituli,posterior formatur euentus. *l. vnica. §.lucratiuas, C.de imponend. lucrat. descrip. lib.10.* pluribus exornat *Menoch.consf.215.nu.167.cum seqq.*

59 Decima ratio,quia Vicecancellarius S. S. R. Consilij, præcedit Cancellarium Cathaloniæ;vt est notissimum : & ideo Illustrissimus D. Licentiatus Couarruuias, Vicecancellarius S.S.R. Consilij Aragonum, præfuit in Curijs Cathalanis , celebratis Barcinonæ, anno 1599.existente tūc Barcinonæ Raphaele Rouirola Cancellario prædicti Principatus,qui iuxta præfatam *constitutionem 4.* præcedere debet Vicecancellarium,de quo ipsa loquitur: ergo non agit de Vicecancellario S.S.R.Consilij, cum is prædict.Cancellarium præcedat ; & fortius Vicecancellariū specialem,de quo in *prædict.constitutione* ; cùm si vinco vincentem te,à fortiori vincam te. *l.de accessionibus,ff.de diuers.& temporal. præscript.* cuius regulam prosequitur *Socinus consil.202. lib.2.* Vnde cum dictæ *constitutionis* verba non conueniant Vicecancellario S.S.R.C.non conuenit eius dispositio.*l.4.§.toties, ff.de damno infect.cap.ad nostram 3. de iure iur. cap.indemnitatibus,§.fin.de electione,in 6.Alex.cons.17. num.2. lib.1. Decianus respons.29.num.7.lib.4.* Ex quibus hoc quartū fundamentum, tot,tantisque rationibus munitum,firmissimum remanet.

60 Quintum,& principale fundamentum deducitur , ex pluribus constitutionibus Cathaloniæ. Quibus omninò conuincitur; officium supremi Vicecancellarij, diuersum esse ab officio Vicecancellarij Cathaloniæ ; & hoc etiam post illius creationē in eodem statu permansisse,& de ipso plures constitutiones editas fuisse,tàm ante,quàm post institutionē officij Vicecancellarij supremi,quod patet *ex constitutione 1.titul.de relationibus processuum,voto,& examine causarū,lib.3.constitutio.Cathaloniæ superfluarum,pag.33.edita per D.Reginam Mariam Locumtenētem,anno 1422.in Curijs Barcinonæ*; quæ disponit. Quod facta relatione,& informatione vnius processus, coram Vicecancellario,& alijs iudicibus Regiæ Audientiæ,teneantur causam terminare ante omnes alias, quod tantummodo aptatur Vicecancellario Cathaloniæ; quia illum connumerat inter iudices Ca-

thaloniæ;& præsupponit,cognoscere de causis Cathalanorum, cum cæteris iudicibus Regiæ Audientiæ, de quibus Vicecancellarius S.S.R.C.cognoscere nequit, cum sit extra Cathaloniam. Iuxta deducta supra; & constitutio quæ aliquid præsupponit, non habet locum in eo, in quo non concurrit præsuppositum. *Glos. in l.mancipia,verbo,auocandum, C.de seruis fugitiuis*, prosequitur *Surdus cons.150.nu.78.*

61 Præterea,*constitutiones 1.2.& 3.titul.de salarijs,quæ recipiant officiales Regij,conditæ in Curia secunda Barcinonæ,per Ferdinãdum Regem Secundum,anno 1493.* disponunt;salarium Vicecancellarij esse librarum quadragintarum, exigendarum à generalitate Cathaloniæ. At salarium soluendum Vicecãcellario S.S. R.Consilij, ab ipsius institutione est longe maioris quantitatis; exigiturque à Regijs ærarijs, & bonis patrimonialibus domini Regis;prout est notissimũ: ergo diuersa sunt officia;aliàs enim, salarij consignatio facta Vicecancellario Cathaloniæ,permaneret,si,vel idem officium esset, vel ex eo partim conflatum. Vt in simili statutum fuit *in authent. de Prætore Lycaoniæ, §.scire igitur oportet*, ibi: *Vt omnia,quæ Fiscus vtrique prius officio præbebat,ea secundum descriptionem sacræ huic nostræ legi subiectam, tàm ipsi det,quàm circa ipsum versari solitis.*

62 Rursus,*constitutio 1.sub titul.de electione nomine, examine, iuramento, & homagio, Doctorum Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, edita per eundem dominum Regem Ferdinandum Secundum,dicta secunda Curia Barcinonæ,anno 1493.* connumerat Vicecancellarium,inter iudices Regiæ Audientiæ;quod non aptatur Vicecancellario S.S.R.Consilij, cùm iudex esse non posit in dicta Regia Audientia, vt diximus num.44. & cum non conueniant verba constitutionis,nõ conuenit ipsa cõstitutio. *d. l.4.§.toties, ff.de damno imfecto*,cum alijs supra adductis.nu.59.

63 Item,*constitutio vnica,titul.de officio Cancellarij,Vicecancellarij,& Regentis Cancellariam, edita in tertia Curia celebrata Barcinonæ,anno 1503 per eundem D.Ferdinandum Regem Secũdum, scripta in volumine Constitutionum superfluarum Cathaloniæ*, statuit; ne Vicecancellarius, & Regens Cancellariam, causarum commisionibus incumbant;nec huiusmodi occupationi vacent;quæ quidem loquitur de Vicecancellario speciali Cathaloniæ,non de Vicecancellario Sacri Supremi Regij Consilij; Tùm,quia de Regente prædictæ Audientiæ; Cum etiam,quia in

S.S.

S.S.R.Consilio,cui præest supremus Vicecancellarius,non agitantur causæ Cathalanorum;nec agitari possunt: iuxta deducta supra num.44. & consequenter,nec committi possunt dicto Vicecancellario supremo. Cuius argumenti vis fortior est, si animaduertitur,quod dicto anno 1503. iam diu S.S. R.Consilium erat institutum,nempe,ab anno,scilicet,1494.

64 Transactis deinde septem annis post editionem *constitutionis* supradictæ,*idem D.Rex Ferdinãdus,in Curijs celebratis Cathalanis Mõtisoni, in anno 1510.aliã cõdidit,quæ est 6.sub tit.de officio Cancellarij,Vicecãc. & Regentis Cancellariam*,qua præcitatam reuocauit,decernens;commissiones causarum fieri debere Vicecancellario,& Regenti Cancellariam. Ex quo necessario infertur,huiusmodi constitutiones,sicut & alias,agere de Vicecancellario speciali Regiæ Audientiæ Cathaloniæ;non autem de Vicecancellario S.S.R.C.rationibus in præcedenti num.deductis.

65 Subsequenter autem,viginti annis elapsis post primęuam institutionem S.S.R.C.ipsiusque Vicecancellarij, *D.Regina Germana,consors, & Locumtenens D. Ferdinandi Regis; in Curijs Montisoni,celebratis Cathalanis, anno 1512.constitutionem edidit,quæ est 6.titul.de electione,nomine, & examine, iuramento,& homagio Doctorum Regiæ Audientiæ Cathaloniæ*; in qua stabiliuit modum admittendi Vicecancellarium, & iudices eiusdem Regiæ Audientiæ ad dicta officia. Vnde infertur necessario,quod hæc constitutio,& aliæ loquentes de Vicecancellario,nõ agunt de supremo Regnorum Coronæ Aragonum Præside, sed de peculiari Vicecancellario Audientiæ Regiæ Cathaloniæ.

66 Sancitum etiam fuit immediata constitutione, *quæ est 7.eiusdem tituli,edita in eisdem Curijs, per dominam Reginam Locumtenentem*, quod diuiderentur aulæ Regiæ Audientiæ, & designatur illa, in qua præsidere debeat Vicecancellarius, ex quo plane infertur,eo tempore quo iam institutum fuerat S.S.R.Cõsilium,& eius Vicecancellarium, adhuc extitisse Vicecancellarium specialem,in dicta Regia Audientia Cathaloniæ, & de eo constitutiones loqui.

67 Est,& alia *constitutio 4.sub titul.de officio Adaocatorũ, & Procuratorum pauperum,condita in Curijs Barcinonæ, anno 1564. per D.Philippum Regem,primum huius nominis in Corona Aragonum*;disponens; Aduocatos, & Procuratores pauperum, illis patrocinari non posse in causis ciuilibus, nisi Chirographa eis tradant,

tradant,subscripta à Cancellario,aut Vicecācellario, vel Regēte Cancellariam:quapropter cum S.S.R.C.iam septuaginta,ante annis institutum foret;& simul officium Vicecancellarij Coronæ Aragonum,huiusmodi constitutio, de speciali Vicecancellario Audientiæ Cathaloniæ manifestè agit. Tùm,quia nominatur post Cancellarium Cathaloniæ;cui præcedit Vicecancellarius S.S. R.Consilij. Cum item, quia is non potest subscribere huiusmodi Chirographa, quia in supremo Consilio cui præsidet;causæ pauperum Cathaloniæ non tractantur, nec tractari possunt,iuxta deducta supra.

68 Pariter etiam,idem dominus Rex Philippus,*constitutione edita in eisdem Curijs,sub titulo,de electione,nomine, examine, iuramento,& homagio,Doctorum Regiæ Audientiæ,quæ est 13.in ordine,* disponit;examen Doctorum Regiæ Audientiæ criminalis, qui nouè ad officia eliguntur, fieri debere per Vicecancellariū, & alios iudices Consilij criminalis, ac similiter examen iudicū causarum ciuilium, per eundem Vicecancellarium, & iudices causarum ciuilium;quòd patet de Vicecancellario Regiæ Audiētiæ Cathaloniæ statutum fuisse,non de supremo;cùm Regentes, qui sunt iudices S.S.R.C. non intersint examini dictorum iudicum Cathaloniæ.

69 Vlterius perpendimus, *constitutionem 12. titul. de euocation. causarum Regiæ Audientiæ,conditam per eundem D.Regē Philippum Primum,in Curia Montisoni,anno 1585.* disponentem; quod Cancellarius, Vicecancellarius, & Regens Cancellariam, non admittant euocationes causarum appellationum; nisi facta prius fide,per instrumenta publica, de interpositione illarū; & quod excedat causa summam decem librarum. At huiusmodi euocationes,non fiunt in S.S.R.C.Aragonum; neque admittuntur,neque repelluntur per Vicecancellarium S.S. R. Consilij. Fatendum igitur est,constitutiones loqui semper,de suo speciali Vicecancellario Regiæ Audientiæ Cathaloniæ.

70 Denique,idem dominus Rex,in Curijs proxime dictis,*constitutione 8. titul. de cōmissionibus causarum in Regia Audientia,* præfinit Cancellario, & Vicecancellario, & suo casu Regenti Cancellariam,modum interponendi decreta,& cōmittendi causas,ad calcem supplicationum introductionum causarum. At in S.S.R.C.non introducuntur causæ Cathaloniæ,de quibus cōstitutio loquitur: sicuti pluries diximus. Et eius Vicecancellarius

rius, talia decreta, & commisiones describere non potest. Consequens igitur est, quod *constitutio 4.* non loquitur de Vicecancellario S.S. R.C.

71 His additur, quod huiusmodi cōclusionem, nempè, esse Vicecancellarium specialem Cathaloniæ, veram esse fatentur Cathalani, *in discursu typis mandato, anno 1622. circa assistentiam Deputatorum generalitatis Cathaloniæ, & Consiliariorum ciuitatis Barcinonæ, in actu iuramenti præstandi, per Locumtenentem generalem dicti Principatus*, vbi affirmant in eorum Regia Audientia adesse Vicecancellarium.

72 Sextum fundamentum elicitur, ex constitutione omnino decisiua præsentis controuersiæ: nempè, *edita in Curijs celebratis Cathalanis Montisoni, anno 1547. ab ipso D. Rege Philippo, vt Locumtenente Caroli V. eius inuictissimi genitoris; quæ est cōstitutio 2. & vltima, sub titul. 15. de officio Protonotarij, Secretariorū, & Scribarum mandati, & aliorum Regiæ Cancellariæ, lib. 1. constitutio. Cathaloniæ superfluarum. pag. 16.* Ex qua constat in dictis Curijs Cathalanos supplicasse prędicto domino Regi, vt gratiam agens vniuersæ Coronæ Aragonum; dignaretur præficere suæ Regiæ domui, & Cancellariæ supremæ Curiæ, ministros oriundos à Regnis Coronæ Aragonum; expertos in foris, constitutionibus, & styllis dictæ Coronæ, tàm circa negotia iustitiæ, quàm gratiæ, & gubernationis; & decretum dictæ supplicationi respondens, sic se habet. *Plaze a su Alteza interceder con su Magestad, y por su parte los tendra por especialmente encomendados.* Ex quo luce clarius apparet, vniuersam Cathalanorum Curiam, agnouisse, vt certum, & indubitatum; Ministros dictæ domus Regiæ, & Cancellariæ supremæ Curiæ, posse eligi exteros à Regnis Coronæ Aragonum, aliàs, frustra supplicarent, vt dominus Rex oriundos dictæ Coronæ eligeret. *l. 1. C. de thesaur. lib. 10. l. 1. ff. ad municipalem.* Ac præterea, oblata dicta supplicatione per vniuersam Curiam denegata fuisse petita; cum prædictus dominus Rex, tunc Locumtenens, decretum super relatum protulerit; ex quo in libera Regia Maiestatis voluntate permansit dicta Ministrorum electio.

73 Septimum idem constat *ex capitulo, & actu Curiarum Cathaloniæ, 5. in ordine; celebratarum Barcinonæ, per Regem Philippum Aragonum Secundum, & Castellæ Tertium, anno 1599.* quo statuitur, quod omnes officiales Regij dicti Principatus, qui

non fuerint subiecti ad purgandam tabulam; hoc est, Sindicatui biennali, seu triennali, inter quos enumerat Vicemgerētem Gubernationis Generalis, Cancellarium, Regētem Cancellariam, Doctores Regiæ Audientiæ, & alios, sindicentur à sexennio in sexennium; per Visitatorem à domino Rege nominandum; exterum à Principatu Cathaloniæ; oriundum vero à Regnis Coronæ Aragonum: & quòd eius sententiæ executioni mandentur, & appellatio à dict. S.S.R.C. deuoluatur, decidenda per dictum Consilium, demptis Regentibus qui fuerint Cathalani.

Qui actus multipliceter probat Viceecancellarium, de quo loquitur *constitutio 4. D. Reginæ Mariæ*, non esse Viceecancellarium supremi Consilij. Tùm, quia præcipit Sindicandum Cancellarium, at si Viceecancellarius prædicti Consilij, esset Viceecācellarius illius Cancellarij; statueretur etiam, eum esse sindicandum. Cum etiam, quia appellationes à Visitatore, ad hoc S.S.R.C. deferuntur, in quo est iudex Viceecancellarius, vt obseruatum fuit in causis appellationū, Regiæ visitationis, anni 1604. factæ a domino D. Didaco Clauero, tunc Regente S.S.R.C. contra Cancellariū Cathaloniæ, & alios officiales, de quibus prædictus actus Curiæ loquitur. Et in subsequenti visitatione Regia, facta per dominum D. Iosephum Perez de Bañatos, tunc Regētem S.S.R.C. anno 1612. & 1613. At si Viceecancellarius S.S.R.C. esset Viceecancellarius prædicti Cancellarij, de quo loquitur *constitutio 4. D. Reginæ Mariæ*; proculdubio non constitueretur iudex appellationum, à sententia lata contra suum Cācellarium; imo sindicandus foret, sicut prædictus Cancellarius, & cæteri officiales Regij Principatus Cathaloniæ.

74 Octauum, ex abundanti prædicta comprobantur, ex obseruantia subsequuta, quæ omnino aduersatur intentioni Deputatorum; & interpretationi, quam aptant *constitutioni 4.* D. Reginæ Mariæ.

Quia in pragmatica sanctione, facta per prædict. D. Regem Ferdinandū II. anno 1494. esse iussit in d.S.S.R.C. Viceecancellarium Alfonsum de la Caualleria, qui iuxta *constitutionem 10.* non poterat esse Viceecancellarius Cathaloniæ, vt dictum est num. 32. quia Aragonensis erat. Et in confirmatione pragmaticæ, facta per Carolum V. Imperatorem, anno 1522. vt in dicto S.S.R.C. interesset magnus Cancellarius Mercurinus de Gatinaria, Mediolanensis, vt aduertimus num. 58.

Ac

75 Ac similiter, anno 1538. fuit Cancellarius S.S.R.C. Perrenotus Granuela, Germanus; vt constat ex ipsius subscriptione in pragmatica edita 22. die Aprilis dict. anni 1538. circa diuisionem marci argentei, quæ fit quando Milites creantur; quæ est in libro ordinationum Cancellariæ supremæ, fol. 138. vbi subscriptio ita inuenitur.

YO EL REY.

Vidit Perrenotus.

Vidit Maias Vicecancellarius.

Vidit Celdram, Regens generalem Thesaurariam.

Vidit Conseruator generalis.

Et similis subscriptio inuenitur in alia pragmatica, edita per eundem D. Carolum V. & dominam Reginam Ioannam, ipsius matrem, Reges Castellæ, & Aragonum; expedita Toleti, die septimo mensis Marcij, anni 1539. ad resecandos abusus grassatorum, & malefactorum Principatus Cathaloniæ.

Ex quibus subscriptionibus manifestè constat, D. Perrenotũ, Germanum, extitisse Cancellarium S.S.R.C. quod esset directo contra prædictam *constitutionem 4.* si intelligenda foret de Cancellario S. S. R. C. non autem de Cancellario speciali Cathaloniæ.

76 Præterea constat, plures Vicecãcellarios S.S.R.C. extitisse Aragonenses; non Valentinos, aut Cathalanos, seu Regni Maiorica rum: nempè, D. Alfonsũ de la Caualleria, primũ Vicecancellariũ huius S.S.R. Consilij; cuius meminimus supra. Ac præterea extitit Antonius Augustinus, qui fuit Aragonensis; & D. Bernardus de Bolea Aragonensis etiam, & Vicecancellarius ante, & post institutionem Consilij Regnorum Italiæ. Item, & D. D. Didacus Clauero Aragonensis, qui fuit nuper Vicecancellarius S.S.R.C.

At si prædict. *constitutio 4. D. Reginæ Mariæ,* ageret de Vicecancellario S.S.R. Consilij; non posset eligi Aragonensis, ex constitutione edita anno 1470. quam supra induximus nu. 32.

77 Ex quibus patet, quod si prædict. *constitutio 4.* non esset adeo perspi-

perspicua, vt nulla interpretatione indigeret; eam quidem sortita fuisset, ex prædictis actibus eam subsequutis. *l. si de interpretatione, ff. de legibus, cap. cum dilectus de consuetud. cap. cum venissent, vbi Glossa, verbo, probatum, & verbo, fuisset, de institutionibus; cum pluribus, quæ tradit Rota decis. 574. num. 2. cum sequentibus, part. 1. diuersorum. Decianus cons. 51. num. 55. cum sequentib. lib. 2. Surdus cons. 140. num. 43. cum sequentib.*

78 Vltimo non omittimus id, quod tradit *Olibanus Cathalanus in tract. de iure fisci, cap. 4. num. 39.* vbi sic ait. *Ex constitutione P. Tertij, & Reginæ Mariæ, apparet, quod Cancellarius, & Vicecancellarius possunt esse de Regnis Coronæ Aragonum, in constitutione expressis; sed intelligo in Cancellario totius Coronæ; & Vicecancellario; non in Cancellario Cathaloniæ tantum; qualem hodie habemus, nam hic debet esse Cathalanus.* Ex quibus verbis patet. Primò, Olibanum apertè agnouisse, alium esse Vicecancellarium totius Coronæ; alium specialem Cathaloniæ; ac Vicecancellarium totius Coronæ, posse esse de Regnis Coronæ Aragonum, expressis in *dict. constitutione 4. Reginæ Mariæ*; ex hoc autem non negat, Vicecancellarium alienigenam eligi posse; sed tantum ait, quòd permissio dictæ *constitutionis 4.* vt possit Vicecancellarius esse oriundus à Regnis Aragonum, Valentiæ, & Maioricarum, ac Principatu Cathaloniæ; tantum potest practicari in Vicecancellario totius Coronæ: non quia dict. constitutio de eo loquatur, nec de eo intelligi possit, (hoc enim esset falsum, ex dictis supra) sed quia nulla constitutio obstat Vicecãcellario Coronæ; nec reuocatio dictæ *constitutionis 4.* facta quoad Aragonenses, de qua supra num. 32. quia licet prohibitũ fuerat, quòd Vicecancellarius Cathaloniæ, de quo loquitur *constitutio*, posset esse Aragonensis, iuxta deducta supra dicto num. 32. non tamen extat prohibitum; quod Aragonensis possit esse Vicecancellarius totius Coronæ. Et consequenter, in hunc sensum tenet Olibanus dictam *constitutionem 4.* cum eius reuocatione; quoad Aragonenses, non loqui de Vicecancellario totius Coronæ. Præterea, iuuat Calistus Ramirez Aragonensis, de lege Regia. §. 10. num. 29. & 30. qui etiam agnoscit diuersitatem, inter Vicecancellarium S.S.R. Consilij, & Vicecancellarium specialem Regni Aragonum; quia (vt sentit) Vicecancellarius S.S.R. Consilij potest esse is, qui non sit Regnicola, de quo latius agimus supra. Nunc autẽ illius sententiã, in argumentũ adducimus ad hoc primum dubium.

Respon-

Respondetur fundamentis contrarijs.

79 NVnc restat satisfacere fundamentis, quibus Deputati Principatus Cathaloniæ nituntur.

Primò enim asserunt, Vicecancellarium S.S.R. Consilij esse eundem, de quo loquitur *constitutio 4.* qui præsidebat vni ex aulis Regiæ Audientiæ Cathaloniæ; dicentes, nunquã agnouisse nisi vnum Vicecancellarium; & huius officij, pluralitatem præsumendam non esse.

Sed hoc nullo responso eget; cum omnia, quę supra diximus, ineuitabiliter conuincunt plures fuisse Vicecancellarios, & diuersos, tàm Cathaloniæ, quàm Valentiæ; & in Regno Aragonum; ac post eos omnes, creatum fuisse S.S.R. Consilium, & ipsius Vicecancellarium Regnorum Coronæ Aragonum, diuersum omninò à Vicecancellario Cathaloniæ, & alijs; tàm dignitate, Imperio, quàm negotiorum qualitate, & alijs: & non solũ ante creationem supremi Vicecancellarij, plures constitutiones extant de Vicecancellario speciali Cathaloniæ; sed etiam post, vt patet ex relatis supra à num. 63. editis post annum, quo S.S.R. Consilium institutum fuit, cum Vicecancellario Regnorum Coronæ Aragonum.

80 Secundò affirmant, dictam *constitutionem 4.* ex eo intelligendam esse de Vicecancellario S.S.R. Consilij, quia Vicecancellarius Cathaloniæ, est officialis domus Regiæ, *ex constitutione 3. titul. de officio Cancellarij, Vicecanc. & Regent. Cancellar. edita per D. Regem Martinum, anno 1409. & alijs, quæ in id congerunt.*

Quòd eliditur aduertendo; quod cum Rex Aragonum diuersas personas gerat, alteram tanquam Rex Aragonum, alteram tanquam Princeps Cathaloniæ, alteram tanquam Rex Valentiæ: vt diximus num. 17. Ita & diuersas habet domus Regias, vt in indiuiduo dicitur, *in actu Curiæ Aragoniæ, super iuribus nouiter in Cathalonia impositis; edito Calataiubij, per D. R. Joannẽ II. qui est in foris superfluis Aragonum, fol. 42. col. 2.* his verbis. *E porque a causa de los Cathalanes prohibientes, que los Aragoneses no ayan oficios en la casa del señor Rey, primogenito, è successor de llos en Cathalunya; en la present Cort se es proueydo, consemblant ment contra los Cathalanes, que no ayan oficios de la casa del dito señor Rey, primogenito, è successores de aquellos en Aragon.*

Quo supposito, fatemur Vicecancellarium, de quo loquitur

prædict.*constitutio 4.*esse Vicecancellarium domus Regiæ Principis Cathaloniæ; prout intellectualiter consideratur distinctus à Rege Aragonum, & Valentiæ; non autem domus Regiæ ipsius Regis, vt domini omnium Regnorum Coronæ Aragonum; cuius domus Vicecancellarius est ille, qui præest S. S. R. Consilio, & ideo appellatur Vicecancellarius omnium Regnorum Coronæ Aragonum. Quod comprobatur ex eo, quod omnes officiales Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, dicuntur officiales domus Regiæ, & domestici Regis: vt tradit *Mieres cap.23.num.2.collatione 6 in Curia Montisoni, D.Regis Petri III. pag. 100. in noua editione.* Cum etiam, quia in prædict. constitutione Regis Martini, sancitum extat; vt Vicecancellarius, & Cancellarius, de quo agit, decidant causas iuxta vsaticos Barcinonæ, constitutiones, & acta Curiarum Cathaloniæ: ergo tantummodo loquitur de Vicecancellario, & Cancellario Cathaloniæ, vt aduertimus iam.

Ex quo etiam respondetur, *constitutioni 2.titul.de officio Cancellarij, Vicecancellarij, & Regent. Cancellar.* quæ inducitur vt probet, quod Vicecancellarius Cathaloniæ, est officialis domus Regiæ, quod nihil obstat ex prædictis.

Tertiò adducunt Deputati Principatus Cathaloniæ, *constitutionem 10.sub titul.quod omnes officiales in Cathalonia, & Regno Maioricarum, sint Cathalani, quæ est D.Regis Joannis II. edita in Curijs Montisoni, anno 1470.*

Cuius allegatio, & inductio, retorquetur seruato illius constitutionis vero sensu; quem retulimus supra numer. 32. & 33. vbi eam pro validissimo fundamento aduersus Deputatos induximus.

Quartò, ponderatur per Deputatos, *dict.constitutio 4.D.Reginæ Mariæ,* quatenus permittit Cancellarium, & Vicecancellarium, posse eligi natum, & domiciliatum, non solum Cathaloniæ, sed etiam in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Maioricarum; & subdunt hoc ea ratione permissum fuisse; quia Cancellarius, & Vicecancellarius non erant officiales pro sola Cathalonia, sed pro vniuersa Corona Aragonum; & addunt, absurdum fore si eis permitteretur habitatio, aut domicilium extra Prouinciam.

Quod non obstat, nam in *dict.constitutione* tantummodo dicitur, quod Cancellarius, & Vicecancellarius posit eligi natus, & domiciliatus Cathaloniæ, & prædictorum Regnorum;

non

non autem quod gerens huiusmodi officium, possit habitare, & domicilium constituere extra Cathaloniam.

84 Quintò inducunt, *dict. constitutionem* 4. quatenus disponit, Cancellarium, & Vicecancellarium, eligendos esse eos, qui sunt experti circa foros, constitutiones, & alias leges Regnorum, & terras D. Regis; ex quo inferunt, loqui de Cancellario, vel Vice cancellario omnium Regnorum Coronæ Aragonum, aliàs frustra præd. qualitas requireretur.

85 Et addunt, quod aliæ constitutiones, nempè, *penult. & finalis, sub titul. de officio Protonotarij, & c. & constitutio 2. titul. quod omnes officiales in Cathalonia, & Regno Maioricarũ, sint Cathalani*; solum exigunt, vt sint experti circa leges Cathaloniæ; ex quo inferunt differentiam, inter Cancellarium, & Vicecancellarium, & alios officiales, vt illi; vtpote præfecti omnibus Regnis, constitutiones, & foros, omnium scire debeant: hi autem, vt officiales tantummodo Cathaloniæ, eius tantum constitutiones notas habeant.

Quæ omnia facile corruunt. Tùm, quia vana est illatio Cancellarius, & Vicecancellarius sint experti circa foros, constitutiones, & alias leges Regnorum, & terrarum domini Regis; ergo omnibus Regnis Coronæ Aragonum debent præesse: quia non est superfluum, vt Cancellarius, & Vicecancellarius specialis Cathaloniæ, notas habeãt leges municipales Regnorum Coronæ; quia ratione promiscui vsus, & commercij inter hæc Regna, plures causæ possunt incidere, in quibus de foris, & constitutionibus aliorum Regnorum, agendum sit in Regia Audientia Cathaloniæ; fortè si instrumenta celebrata sint in Regno Aragonum, vel Valentiæ, vel si Aragonenses, aut Valentini, agant, vel conueniantur in negotijs, in quibus eorum fori, vel constitutiones, non autem Cathaloniæ seruandæ sint: iuxta plenam distinctionem *Bartol. in l. cunctos populos, C. de summa Trinitate*: quam prosequitur latè *Alderanus Mascardus de statutorum interpretatione, conclus. 6.*

86 Et quia reliquæ constitutiones loquuntur de officio Protonotarij, Secretariorum, Scribarum, & aliorum officialium Cancellariæ; à quibus nullum argumẽtum sumi potest, ad officium Cancellarij, & Vicecancellarij, dissimilia enim sunt; nec prædictæ constitutiones disponunt, Protonotarium, & alios officiales, de quibus loquuntur, expertos esse circa leges Cathaloniæ;

sed

sed eas seruare debere. Nec rursus agunt de officialibus communibus totius Coronæ, nec de gerendis circa eam; sed tantum circa negotia Cathaloniæ; & licet ibi permittatur, horum originē esse de Corona Aragonum, nil ad rem, id enim pro libito fuit constitutum. Nam *constitutione 7. titul. quod omnes officiales in Cathalonia, & Regno Maioricarum sint Cathalani, edita anno 1422. per D. Reginam Mariam*, statutum erat, vt dicti Protonotarius, Secretarij, & alij officiales, essent nati, & domiciliati intra Prouinciam Cathaloniæ; quod autem dictæ constitutiones agant de Protonotario, & officialibus Cathaloniæ, dumtaxat non communibus totius Coronæ. Patet manifestè, quia nulla constitutione cauetur, quod Protonotarius, & alij officiales S.S.R.C. sint Cathalani; nec de Corona Aragonum, imo contrarium apparet *ex constitutione 2. & vltima, titul. de officio Protonotarij, &c. inter constitutiones superfluas Cathaloniæ*, de qua egimus supra num. 72. Aduertendo, dictam constitutionem esse sub rubrica de Protonotarijs; ergo etiam de his loquitur cōstitutio. Argumento *l. Imperator, ff. de in diem addictione, cum dictis num. 30.* & dicta *constitutio 2 edita fuit in eisdem Curijs, anno 1547.* celebratis Montisoni, in quibus etiam conditæ fuerūt dictæ constitutiones penult. & vltima de officio Protonotarij.

Deinde dicta *constitutio 2. titul. quod omnes officiales in Cathalonia, &c.* tantummodo disponit, quod Infans Petrus Procurator Cathaloniæ, & alij Procuratores dicti Principatus, & Insularum, assumant in iudices Cathalanos ad causas Cathaloniæ, & Insularum; quia illi peritiores erunt legum Cathaloniæ. Vnde prædictum argumentum, tàm facto, quàm iure deficit.

87 Sextò, nituntur probare Vicecancellarium S. S. R. Consilij, non esse nouè creatum; sed esse eundem, de quo agit *constitutio 4. D. Reginæ Mariæ*, inducentes in id *constitutionem primam, titul. de salarijs, quæ recipiunt officiales Regij.*

Quibus respondetur ex dictis supra num. 61. circa salarium Vicecancellarij, vbi prædictam constitutionem aduersus Deputatos induximus.

88 Septimò, vtuntur argumento sumpto ex qualitate negotiorum; quæ in S.S.R. Consilio, per Vicecancellarium, & ipsius Regentes expediuntur; quæ sunt gratiæ, & iustitiæ; & vniuersa Regna totius Coronæ respiciunt; & in eo tractantur causæ appellationum Regnorum Valentiæ, Maioricarum, & Sardiniæ, & ali-

quæ

quæ ex Principatu Cathaloniæ; nempè, causæ officialium Regiorum, quæ ratione officiorum oriuntur, vt in *constitutione 14. de iurisdictione omnium iudicum*; ac causæ appellationum à sententijs visitationis, seu sindicatus Regiorum officialium, vt in *cap. 5. Curiarum, anni 1599.* & constitutionibus peculiaribus dictorum Regnorum, & Principatus cautum est, quòd eorum causæ iudicari non possint, nisi per oriundos ab illis, prout de Cathalonia, & Regno Maioricarum, extant *constitutiones sitæ sub titulo, quod omnes officiales in Cathalonia, &c.* & cauetur in alijs constitutionibus: ergo ad dict. S.S.R.C. admitti nō possunt, nisi qui sint de Corona Aragonum.

Sed hoc facile subuertitur vnico verbo; nempè, quod dict. constitutiones loquuntur de causis Cathaloniæ, quæ extra Cathaloniam terminari non possunt, *iuxta constitutionem 1. incipiens, Totas. & constitutionem 2. incipiens, Las causas, titul. de iurisdictione omnium iudicum, & de foro competenti; etiam si sint ad instantiam Fisci; disponente ita constitutione 13. eodem titul. idem affirmantibus Mieres, cap. 2. num. 112. & 113. collat. 11. in Curia Barcinonæ, Alfonsi Regis. Calicio in margarita Fisci, dubio 5. num. 13.* Et sic euidenter apparet, quod agunt de officialibus, qui huiusmodi negotia tractant intra Cathaloniam. Vnde, nullo modo comprehendunt Vicecancellarium, & Regentes huius S.S.R.C. qui de causis extra Cathaloniam, & Regna Aragonum, Valentiæ, Maioricarum, & Sardiniæ terminandis agunt.

89 Vltimo, pro solidiori fundamento, Deputati ponderant obseruantiam *dict. constitutionis 4.* asserentes à tempore quo S.S.R.C. institutum fuit; semper Vicecancellarium fuisse secularē, Iurisperitum, & de Corona Aragonum.

Ac præterea, semper iuramentum, & homagium præstitisse de obseruandis constitutionibus Cathaloniæ: ex qua subsequuta obseruantia, securam interpretationem capit *dict. constitutio 4.*

Cui fundamento concludenter respondetur.

Primò, dictæ *constitutionis 4.* sensum adeo indubitatum esse aduersus intentionem Deputatorum, vt non admittat consuetudinem interpretatiuam; quia cum in verbis nulla ambiguitas est, non admittitur voluntatis, quæstio. *l. ille, aut ille, §. cum in verbis. ff. de legat. 3.* & interpretatio non debet corrigere, sed exponere, *cap. cum dilectus de accusatio.* & declaratio, & correctio,

sunt inuicem pugnantes,& contrariæ. *Bald.in l.edita, num.10. C.de edendo:* & vbi cessat dubium non dicitur declaratio, sed noua dispositio. *Paulus in l.hæredes palam, §.si quid post, num.4. ff. de testam. sequitur Tiraquel.in l.si vnquam, verbo, libertus, nu.5. C.de reuocand.donatio. Felinus in cap.qualiter, & quando, el primero, num.24.& 25. de accusatio.* Vnde consuetudo interpretatiua non admittitur in re clara, sed in re dubia. *Rota decis.37.nu.27.part.2.diuersorum, Molina lib.2.cap.6. num.57.& num.59. Menoch.cons.331.num.100.lib.4. & est textus notabilis in l.pediculis, §.argento potorio.ff.de auro, & argento legato*, ibi: *In his, quæ dubium est, cuius generis sint consuetudinem patris familias spectandam, non etiam in his, quæ certum est eius generis non esse.*

Secundò, quia tantum abest vt obseruãtia subsequuta extiterit pro intentione Deputatorum; quòd imo contraria prorsus fuerit, vt supra probauimus num.58. & 74.75.& 76. ex pluribus actibus aduersus *constitutionem 4.* qui potius attendendi sunt, vt immediati erectioni S.S.R.Consilij, ex quibus formatur consuetudo interpretatiua; non autem ex mediatis, & remotis, vt tradit *Rota decis.37 num.32. cum sequentibus, part.2. diuersorum:* & sufficeret variam fuisse obseruantiam, ad hoc, vt nil operare posset. *Glossa in l.nemo, §.temporaria, ff.de reg.iur.* ex qua notatur, quod ex varia obseruantia, non introducitur consuetudo. Sequitur *Bart.in l.2. num.22.ff.solut.matrim. Alex.cons.5. num.7.& cons.127.num.10.lib.5. Decius cons.11. nu.12.* & alios referens *Craueta cons 96.num.5.* quia super actibus difformibus præsumptio capi non potest. *Bald.in l.1.nu.2.C.de probat. Craueta dict.num.5. Roland.cons.13.nu.18.cum seqq.lib.4. Surd.consil.254.nu.29.lib.2.*

Tertiò, quia consuetudo interpretatiua, quam Deputati probare nitũtur, dirigitur ad inducendum ius negatiuũ; scilicet, nõ posse D.nostrum Regem, eligere exterum à Corona Aragonũ, ad hoc autem non sufficiunt actus, qui in mera facultate consistunt; sed requiritur prohibitio, & acquiescentia. *Glos. in l. qui luminibus, verbo*, formam, *ff.de seruitut.vrbanor.præd.vbi Bart. Angel. Florianus, & cæteri, Fulgos.cons.149.num.2.Brunus consil.38.num.3.& 4. Rubeus cons 21.num.3. Ripa cons.41.numer.8. & 13.& cons.26.num.11.lib.2.* etiam si lapsi fuerint mille anni. *Cephalus consil.495.numer.50.& 51. Rolandus consil.53.numer.24.cum sequentibus, lib.2. Belonus consil.8.numer.15. Albens.*

cons.

conſ.62.numer.38. Purpuratus conſil.315. numer. 19.& 20. quidquid in contrarium teneat *Craueta conſ.111.* quem reprobat *Riminald. Iunior conſ.10. num.30.* & quod aduerſus *Crauetam*, ſit verior opinio, reſoluit *Burſatus conſ.142.num.21.cum ſequentib.lib.2.* vbi ſubdit ita fuiſſe iudicatum. Et in terminis eſt *textus notabilis in cap. Abbate ſancti Siluani, §.ad hoc autem, de verbor.ſignif.* vbi not. *Abb.num.9. cum ſequent.* quod ſi multo tempore facta eſt electio de perſonis vnius Collegij, non inducitur conſuetudo, vel præſcriptio; quin poſsit electio fieri de perſonis, quæ non ſint de tali Collegio, idem tenet *Calderinus conſil.1.titul.de conſuet. num.2.* quia non præſumitur quis velle facere contra ſeipſum ex actu ſuo voluntario; idem *Calderinus conſ.19.num.1.titul.de præb.* Et in his quæ conſiſtunt in mera facultate, non vti, eſt vti, vt ait notabiliter *Felin.in cap.cum acceſsiſſent, num.26.de conſtitutio.* Vnde in ſpecie *Gloſ.in dict.cap. Abbate ſancti Siluani, verbo, Alciatenſem Monachum*; notabiliter dixit, quòd ad hoc vt inducatur præſcriptio, quòd quis cogatur non eligere, niſi perſonam certi monaſterij, requiritur vt volens ex alio monaſterio eligere, prohibitus ſit, & acquieuerit prohibitioni. Sequitur *Abbas ibi num.9.& 10.* & confirmatur ex eo, quod in ſimili tradit *Abb.in cap.ad noſtram, nu.10. de confirmat. vtil. vel inutil.* vbi tenet, quod & ſi Prior, qui erat reuocabilis, nunquam fuit per ſuperiorem remotus à tempore immemoriali; ex hoc non inducitur conſuetudo, ſeu præſcriptio, quòd ſit irreuocabilis; quia actus reuocandi, vel non, eſt actus meræ facultatis. Sequitur *Decius in dict.cap.ad noſtram, num.21.& 22. Craueta de antiquit.4 part.§.materia, num.98. Rota deciſ.778. nu.5.part.1.diuerſorum.* Similiter deciſum eſt in Rota, per *Paul. Æmil.deciſ. 306.num.3.cum ſequentib.part.1.* quod licet Epiſcopus conſueuerit, habere Vicarium generalẽ in certo loco Diœceſis; non poteſt communitas petere manutentionem huius poſſeſsionis; quia eſt actus negatiuus, & meræ facultatis; & ex eadem ratione ſimilis caſus deciſus eſt, apud *Vincent. de Franch. deciſ.166.* & ſufficeret electionem Vicecancellarij, nati, vel domiciliati in Corona Aragonum, potuiſſe fieri vtendo mera facultate, domino Regi competenti, quia potuit eligere, tàm exterum, quàm oriundũ à dictis Regnis. Et quamuis Deputati nitantur Vicecancellarios, electos fuiſſe ex obſeruantia *conſtitutionis 4.* (quod caret fundamento) ſufficeret actus ex duplici

causa potuisse fieri; & æquiuocos esse, cum ex actibus æquiuocis non posit induci possessio; & consequenter, nec obseruantia, aut interpretatio releuans. *Abb.in cap.2.num.3.in fin.de censibus, Felin.in cap.cum Bertoldus, num.26.vers.Merito dicit Abbas de re iud. & ibi Decius num.58.Gonçalez in regul.8. Cancellar.glos.45.§.2. Stephanus Gracianus disceptat.113.num.67.* & vbi possessio potuit continuari ex duplici causa; qui asserit continuatam ex vna, debet hoc concludenter probare; aliàs probatio remaneret dubia, & non releuat; vt post alios probat *Surdus cons.168.num.34.lib.2.*

Secundum dubium.

Utrum seruatis foris Aragonum dicendum sit, Viccecancellarium eligendum esse oriundum à Regno Aragonum, priuatiuè, etiam ad alia Regna, & Principatum eiusdem Coronæ.

91 PRo Deputatis Aragonum in memoriali, seu precibus Regiæ Maiestati oblatis, tria præcipuè referuntur.

Primo loco, *forus Aragonum, editus à serenissimo D. Rege Joanne II. in Curijs celebratis Calataiubij, anno 1461. sub titul.de officio Cancellarij, & Viccecancellarij D.Regis, fol.17.*

Secundò, *forus editus à serenissimo, tunc Principe Philippo, vt Locumtenente inuictissimi Caroli V. ipsius genitoris; in curijs celebratis Montisoni Aragonensibus, anno 1553. sub titul.de creacion de notarios, fol.192.*

Tertiò, *actus Curiæ, conditus à potentissimo Rege Philippo, huius nominis primo in Aragonum Corona; in Curijs Aragonensibus, celebratis Montisoni, anno 1585. insertus in noua editione actorum Curiæ, fol.89. sub titul.habilitacion de Viccecanciller.*

Quæ quidem nihil obstant liberæ facultati; quæ ad Regiam Maiestatem pertinet, eligendi Viccecancellarium S.S.R.C. tàm exterum, quàm oriundum à Regnis Coronæ Aragonum.

92 Primò enim, videlicet, *dict.foro secundo, sub titul. de officio Cancellarij, & Viccecancellarij*; promptissimè respondetur, in eo agi de Viccecancellario speciali Regiæ Audientiæ Regni Aragonum; non autem de Viccecancellario omnium Regnorũ Coronæ Aragonum, quod comprobatur eisdem rationibus; quibus vtimur ad interpretationem *constitutionis 4. Cathaloniæ*, de qua

qua in præcedenti dubio; igitur quod illic diximus, huc erit trāsferendum; vt aliàs dicit *textus in l. ediles aiunt, §. loquuntur, ff. de edil. edict.*

Et vltra rationes, ac fundamenta ibi tradita, additur literalis *textus dict. fori secundi Aragonum*, in quo sæpe sæpius repetitur illud verbum; *de dicto Regno*; ex quo manifestissimum fit, Vicecancellarium, de quo prædictus forus agit, esse Vicecancellarium dicti Regni Aragonum; cum semper ei additum sit, verbum, *de dicto Regno*: & verbum, *dicto*, repetit præcedentia. *l. à filio, §. testator. ff. de adim. legat. l. iubemus, §. in supradictis, ff. ad Trebell. Rota decis. 713. n. 2. part. 1. diuers. & decis. 194. nu. 7. p. 2. Menoch. cons. 143. num. 26. lib. 2.* Et fortius cum toties sit repetitum. Ex quo manifeste detegitur seriose repeti, vt aliàs dicit *Glos. notabilis, in Clement. 1. verbo, Diœcesanis, de iure patronat.* ibi: *Nec potest negari quin seriose Diœcesanos exprimat, cum hoc sit hic toties repetitum:* facit vulgaris regul. *l. Balista, ff. ad Trebellian.*

Rursus, in prædicto foro disponitur, quod vbi plures Vicecācellarij concurrerint, præcedat Vicecancellarius Regni Aragonum: ex quo patet, in eo supponi plures esse Vicecancellarios in Regnis Coronæ Aragonum. Vnde infertur præcise, Vicecancellarium de quo loquitur; esse tantummodo Vicecancellarium Regni Aragonum; non autem Coronæ omnium Regnorū Aragonum, quia is vnius est, non pluris.

92 Præterea, Deputati Regni Aragonum contendunt, Vicecancellarium de quo in *prædict. foro 2.* esse Vicecancellariū S.S.R.C. & Regnorum Coronæ Aragonū; quod si verum esset, non posset ad dictam dignitatem eligi, nisi natus, & domiciliatus in Regno Aragonum. Cathalani autem oppositum affirmant, dicentes; Vicecancellarium de quo agit *constitutio 4. D. Reginæ Mariæ, anni 1422.* esse Vicecancellarium S.S.R.C. Regnorum Coronæ Aragonum; qui iuxta *constitutionem 10. titul. que tots los officials en Cathalunya, &c.* non potest eligi Aragonensis, sed tantum Cathalanus, Valentinus, aut Regni Maioricarum; ergo pugnātia defendunt, inuicemque sibi obstant, aut planè fatendum est prædictum *forum 2.* Aragonum, loqui de Vicecancellario tantum Regiæ Audientiæ, & Regni Aragonum; prædictam vero *constitutionem 10.* de Vicecancellario speciali Regiæ Audientiæ Principatus Cathaloniæ.

93 Forus autem, qui secundo loco ponderatur à Deputatis Regni Aragonum, nil ad rem pertinet; loquitur enim de Vicecancellario Regiæ Audientiæ, & Regni Aragonum tantum; vt patet ibi: *Por los Vicecanceller, o Regente de la Cancelleria del dicho Reyno de Aragon*, ponderando verba, *del dicho Reyno*; vt supra num. 91. §. & vltra: & alia verba, ibi: *Ni puedan los priuilegios, ni prouisiones ser expedidas, ni señaladas, sino per los dichos Vicecanceller, y Regente de la Cancelleria Aragoneses, residentes en Corte, ò, en el presente Reyno de Aragon*, verum sensum habent; vt quod dicunt, *en Corte*, intelligitur de Curia Regni Aragonum; de qua agit *Calistus Ramirez, de lege Regia*, §. *19. num. 1.* vt sensus sit, quod Vicecancellarius, & Regens Cancellariam Aragonenses, residentes in Curia Aragonum, vel in alio loco Regni Aragonum, possint expedire prouisiones, & alia, de quibus ibi: *Et patet ex eo, quod Regens Cancellariam*, de quo simul idem disponitur, ibi: Non inuenitur extra Regnũ Aragonum.

94 Ad tertium, nempè, *ad actum Curiæ, anni 1585.* facile respondetur. Primò, certum esse D. Simonem Frigola creatum fuisse Vicecancellarium, omnium Regnorum Coronæ Aragonum, antequam habilitaretur in prædicto actu Curiæ. Et sic habilitatio in eo subsequuta, non eò tendit, vt habilitaretur ad prædictum officium Vicecancellarij omnium Regnorum Aragonum; sed ad officium Vicecancellarij specialis Regiæ Audientiæ, & Regni Aragonum. Quod manifeste patet, quia habilitatio prædicta ea de causa concessa fuit; quia ex foris Aragonum, Vicecancellarius debet esse natus in Regno Aragonum; de hoc autem nullus inuenitur forus, nisi secundus; quem pro primo fundamento adducunt Deputati Aragonum, sed hic proculdubio tantum loquitur de Vicecancellario Regiæ Audientiæ, & Regni Aragonum: ergo prædicta habilitatio ad prædictum officium tantum concessa fuit. Et hoc ipsum agnoscit *Calistus Ramirez Aragonensis in tractatu de lege Regia*, §. *10. num. 29. & 30.* his verbis. *Domino nostro Rege absente, vel etiam præsente, (si Vicecancellarius non sit Regnicola) est Regens officium Cancellariæ, cuius partes sunt illæ apud Locumtenentem generalem domini nostri Regis, quæ apud Regem Vicecancellarij supra diximus.* Ex quibus verbis constat. Primò fateri, quod Vicecancellarius potest esse is, qui non

non sit Regnicola, agens de Vicecancellario supremo. Secundò, quod quando is non est Regnicola, etiam si adsit intra Regnum Aragonum cum D. Rege, non potest gerere officium Vicecancellarij Regni Aragonum, sed hoc casu id gerit Regens Cancellariam. Ex quo patet, quod cum Illustrissimus Simon Frigola Vicecancellarius supremus, non esset Regnicola Aragonensis, non poterat gerere officium Vicecancellarij specialis Regni Aragonum, nisi concessa habilitatione.

95 Præterea, prædictus actus quomodocunque intelligatur, nullius est momenti; quia tantum adduci potest in vim obseruantiæ interpretatiuæ; quæ in præsenti controuersia locum habere non potest, ex dictis supra numer. 90. Et etiam si attendi posset prodesset Regiæ Maiestati, ex dictis supra, non autem Deputatis Aragonum, maximè cum constet plures extitisse Vicecancellarios Regnorum Coronæ Aragonum, quos nec natos, nec domiciliatos in Regno Aragonum fuisse apparet.

Ex quibus omnino constat duo dubia proposita, ad nullum dubium redacta esse; sicque Regaliam supremam potentissimi domini nostri Regis limitatam non esse per vsaticos, constitutiones, & acta Curiarum Principatus Cathaloniæ, & foros Aragonum; imo remanere illesam, cum amplissima facultate à iure communi indita eligendi Vicecancellarium, tàm oriundum à Regnis, & Principatu Coronæ Aragonũ; quàm alienigenam.